enim ſic fecit quomodo facit faber: qui enĩ fabricat
extrinſecus eſt ad illud quod fabricat. Deus autem
infuſus mũdo fabricat vbiqꝫ poſitus: ⁊ non recedit
ab aliquo: preſentia maieſtatis facit quod facit. ſic ẽ
erat in mundo: quomodo per quẽ factus eſt mũd᷒.
CHRY. Et iterum qꝛ in mũdo erat: ſed nõ vt mũ
di contempaneus: ꝓpter hoc induxit: Et mundus ꝑ
ipm factus eſt. per hoc ⁊ rurſus te deducens ad eter
nam exiſtentiam vnigeniti. qui enim audierit quo
niam opus eius hoc totuꝫ: ⁊ ſi valde inſenſibilis fu
erit: coget᷑ ꝯcedere ante opera eẽ factorẽ. THEO.

Simul aũt hic ⁊ martionis ſubuertit rabiẽ: qui ma
lignũ conditorem cũcta ꝓduxiſſe dicebat: necnõ et
arrij qui filiũ dei dicebat creaturã. AVG. Quid ẽ
aũt mundꝰ ꝑ ipſum factus: Celũ: terra: mare: ⁊ oĩa
que in eis ſunt mundus dr̃. Iteꝝ in alia ſignificatio
ne: dilectores mundi mundꝰ dicũť: de quo ſequiť:
Et mundꝰ eũ nõ cognouit. Non enĩ celi aut angeli
aut ſidera nõ cognouerũt creatorẽ: quẽ ꝯfitenť de
monia: oĩa vndiq; teſtimoniũ ꝑhibuerũt. Sed q̃ nõ
cognouerũt eũ: q̃ amando mũdũ dicti ſunt mũdus
amando enĩ mundũ habitamꝰ corde in mũdo: nam
q̃ nõ diligũt mundũ: carne verſanť in mũdo: ſ; cor
de inhabitãt celũ: ſicut aplꝰs dicit: Nr̃a cõuerſatio
in celis eſt. amando igiť mundũ: hoc appellari me
ruerũt vbi habitabãt. Quõ enĩ cũ dicimus: mala ẽ
illa domꝰ aut bona: non parietes incuſamꝰ aut lau
damus: ſed inhabitãtes: ſic ⁊ mundũ dicimꝰ q̃ inha
bitant mundũ amãdo. CHRY. Qui aũt dei erant
amici: eũ cognouerũt etiã ante corꝑalẽ ꝑſentiaʒ. vñ
⁊ chriſtꝰ ait: Quĩ abraam pater vr̃ exultauit vt vide
ret diem meũ. Cũ g̃ nos interpellant gentiles dicẽ
tes: Quid ẽ q̄ i vltimo tẽpore venit noſtrã opaturꝰ
ſalutẽ: tanto tẽpore negligens nos: dicimꝰ quoniaʒ
⁊ ante hoc in mũdo erat ⁊ ꝓuidebat operibꝰ ſuis: ⁊
oĩbus dignis cognitꝰ erat. etſi eũ mundꝰ nõ cogno
uit: hiſ tñ quibus mundꝰ nõ erat dignꝰ eum cogno
uerũt. Dicens autẽ: Mundꝰ eũ non cognouit: bre
uiter eam ignorãtie ꝑbuit. Mũdũ enĩ vocat hoĩes
q̃ ſoli mundo affixi ſũt: ⁊ q̃ mundi ſunt ſapiunt. Ni
hil aũt ita turbat mentẽ: vt liq̃fieri amore ꝑñtium.

**In ꝓpria uenit ⁊ ſui eũ non rece
perunt. Quotquot autẽ receperũt
eum: dedit eis poteſtatẽ filios dei fi
eri his qui credunt in nomine eius.
Qui nõ ex ſanguinibuſ: neq; ex uo
luntate carnis: neq; ex uolũtate ui
ri: ſed ex deo nati ſunt.**

CHRY. Dixit q̄ mũdus eũ nõ cognouit de ſupio
ribus loquẽs temporibus: ſed de reliquo ſermonẽ
inducit ad ꝑdicationis tpa ⁊ ait: In ꝓpria venit.
AVG. Quia. ſ. oĩa ꝑ ipſũ facta ſunt. THEO. Ut ꝑ
ꝓpria mũdũ intelligas: ſiue iudeã quã ꝓ heredita
te elegerať. CHRY. In propria g̃ venit nõ gratia
ſue neceſſitatis: ſed gratia beneficij ſuoꝝ. Sʒ vnde
venit qui oĩa implet ⁊ vbiq; adeſt: Ea quideʒ q̃ ad
nos deſcenſiõe hic opatus ẽ: quia enĩ in mũdo exi
ſtens nõ putabať adeſſe: eo q̄ nondũ cognoſceba
tur: dignatus eſt induere carnẽ. Manifeſtationem
ṽo hanc ⁊ condeſcenſionem ꝑñtiam vocat. Miſeri
cors autẽ exiſtẽs deus oĩa fecit: vt nos ſm virtuteʒ
ſplendeamus: ⁊ ꝓpter hoc quidem nullum neceſſi
tate: ſuaſione ṽo ⁊ beneficiis volẽtes ad ſe attrahit:
⁊ propterea venientem eum hi quidẽ ſuſceperunt:
alij ṽo non receperunt. Nulluʒ enim vult inuitum
neq; coactũ habere famulatũ: inuituʒ enĩ trahi par
eſt cum eo qui totaliter non ſeruit. vnde ſequitur:
Et ſui eum nõ receperunt. Iudeos nunc ſuos dicit:
vt populũ peculiarẽ: ſed ⁊ omnes hoĩes vt ab ipſo
factos. ⁊ ſicut ſuperius pro cõmuni verecundatꝰ na
tura dicebat: qm̃ mundꝰ ꝑ ipſum factus conditoreʒ
non cognouit: ita ⁊ hic rurſus pro iudeorũ anxius
indeuotione grauius ponit accuſationem dicens:
Et ſui eum non receperunt. AVGV. Si auteʒ oĩ
no nullus recepit: nullus ergo ſaluus factꝰ eſt. Ne
mo enim ſaluus fiet: niſi qui chriſtũ recepit veniẽtẽ
⁊ ideo addit: Quotquot autem receperunt eum.
CHRY. Siue ſint ſerui ſiue liberi ſiue greci ſiue bar
bari ſiue inſipiẽtes ſiue ſapiẽteſ ſiue mlĩeres ſiue viri
ſiue pueri ſiue ſeneſ: oẽs eodẽ digni facti ſũt honore
de quo ſequiť: Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri.
AMBRO. Magna beniuolẽtia vnicus natꝰ ẽ: ⁊
noluit manere vnꝰ: nõ timuit habere coheredes: q̃a
hereditas eiꝰ non ſit anguſta ſi multi poſſederint.
CHRY. Nõ aũt dixit: qm̃ fecit eos filios dei fieri: ſ;
dedit eis ptãtẽ filios dei fieri: oñdẽs enim qm̃ mul
to opus eſt ſtudio: vt eam que in baptiſmo adopti
onis formata ẽ imaginẽ incõtaminatã ſemꝑ cuſto
diamus. Simul aũt oñdens qm̃ poteſtatẽ hãc nul
lus nobis vel auferre poterit: niſi noſipſi auferamꝰ.
Si enĩ q̃ ab hoĩbꝰ dñm aliquaꝝ reꝝ ſuſcipiũt: tan
tũ hñt robur quãtũ fere hi q̃ dederũt: multomagis
nos q̃ a deo potimur hꝰ honore. Simul aũt oñdere
vult qm̃ hec gr̃a aduenit volẽtibꝰ ⁊ ſtudẽtibꝰ. Etenĩ
in ptãte ẽ liberi arbitrij ⁊ gr̃e opatõe filioſ dei fieri.
THEO. Uel q: in reſurrectiõe filiationẽ ꝑfectiſſi
mã ꝯſeq̃mur: ſm q̄ aplꝰs dicit adoptionẽ filioꝝ dei
expectãtes redẽptionẽ corꝑis nr̃i. Dedit g̃ ptãtẽ fi
lios dei fieri. i. hãc gratiã in futura gr̃a ꝯſequẽdi.
CHRY. Et q: i hiſipſis ineffabilibꝰ bonis: h̓ q̃dẽ
eſt dei. ſ. dare graʒ: illud ṽo hoĩs. i. ꝑbere fidẽ: ſubiũ
git: His q̃ cre. in noĩe eiꝰ. Quid igiť nõ dicis nobis
o iohãneſ qđ eoꝝ ſit ſuppliciũ q̃ eũ nõ receperũt: q:
nũq̃d iſto ſupplicio fiet maiꝰ qm̃ ꝑiacẽte eis ptãte fi
lios dei fieri nõ fiãt: ſ; volẽtes ſeipſos tãto ꝑuãt ho
nore: ſed etiam extinguibilis eos ſuſcipiet ignis: qđ
poſtea manifeſtiꝰ reuelabit. AVG. Credẽtes g̃ q:
filij dei fiũt: ⁊ frẽs chriſti vtiq; naſcũť. Nã ſi nõ na
ſcũť filij quõ eẽ pñt: Sʒ filij hoĩm naſcũť ex carne
⁊ ſanguĩe ⁊ ex volũtate viri ⁊ cõplexu ꝯiugij. Illi ãt
quõ naſcũť ſubdit: Qui nõ ex ſanguinibꝰ. tãq̃ maris
⁊ femie. Sãguina vł ſanguĩes nõ ẽ latinũ: ſ; q: gre
ce poſitũ ẽ pluraliť: maluit ille q̃ interꝑtabať ſic po
nere: ⁊ q̃ſi minꝰ latine loqui ſm grãmaticoſ: ⁊ tñ ex
plicare veritatẽ ſm auditũ infirmoꝝ. Ex ſanguinibꝰ
enĩ maris ⁊ femine hoĩes naſcunť. BEDA: Sciẽ
dum etiã eſt: quia in ſcripturis ſanctis ſanguis cum
diciť pluraliť: peccatuʒ ſignificare ſolet. vñ: Libera
me de ſanguinibꝰ. AVG. In eo aũt qđ ſequitur:
Neq; ex voluntate carnis: neq; ex voluntate viri:
carnẽ ꝓ femia poſuit: q: de coſta facta cũ eſſet adã
dixit: Hoc nũc os de oſſibus meis: ⁊ caro de carne
mea. Poniť g̃ caro ꝓ vxore quõ aliq̃ñ ſpũs ꝓ ma
rito: q: ille imperare dʒ: iſta ſeruire. Quid enĩ peius
eſt domo vbi femina habet imperiuʒ ſuꝑ viꝝ: Hi g̃
neq; ex volũtate carnis: neq; ex volũtate viri: ſed ex
deo nati ſunt. BEDA. Carnalis enĩ ſinguloꝝ ge
neratio a cõplexu ꝯiugij duxit originẽ. at ṽo ſpũalis
ſpiritusſancti gratia miniſtrať. CHRY. Hoc auteʒ
narrat euangeliſta: vt vilitatẽ ⁊ humilitatem ꝑoris
partus qui ẽ ꝑ ſanguinẽ ⁊ volũtatẽ carnis addiſcen
tes: ⁊ altitudinem ſecundi q̃ ꝑ gratiã ⁊ nobilitatem

eſt cognoſcentis:magnam quandaꝫ hic ſuſcipiamꝰ
inteligentiam ⁊ dignam dono ipſius qui genuit:et
multū poſt hoc ſtudiū demonſtrenus.

## ¶ Et uerbum caro factuꝫ eſt :⁊ ha bitauit in nobis.

AVG. Cū dixiſſet: Ex deo nati ſūt: quaſi ne mira
remur ⁊ horreremus tantā gratiā ⁊ nobis incredi-
bile videret: quia hoīes ex deo nati ſūt: quaſi ſecuri
tatē faciens ait: Et vbū caro factū ē. Quid ḡ mirarī
quia hoīes ex deo naſcūtur: attende ipſum deū ex
hoībus natū. CHRY. Uel aliter: Cū dixiſſet: qm̄
ex deo nati ſūt qui ſuſceperūt eū: huius honoris po
ſuit cāmː hoc.ſ. verbū fieri carnē. factꝰ eſt enī ꝓpꝛiꝰ
filius dei hoīs filius: vt filioſ hoīm faciat filios dei.
Cū aūt audieris: Qm̄ verbū caro factū eſt: ne turbe
ris: neqꝫ enī ſubſtantiā cōuertit in carnē. hoc enī ve
re impiū ē intelligere: ſed manēs qđ ē: ſerui formaꝫ
aſſūpſit. Quia enī ſūt qui dicūt: qm̄ fantaſmata que
dam fuerint oīa que incarnatiōis ſunt: eoꝝ blaſphe
miā deſtruēs: hanc dictionē Factū eſt poſuit: non
tranſmutationē ſubſtantie: ſed carnis vere aſſūptio
nem repꝛſentare volens. Si vō dixerint: qm̄ deus oī
potens ē: quare ⁊ in carnē trāſmutari nō potuit. Di
cemꝰ ꝙ trāſmutari ab illa incōmutabili natura oī-
no procul eſt. AVG. xv. de trini. Sicut aūt verbū
noſtrū vox quodammodo cozpis fit aſſumendo eam
in qua manifeſtat ſenſibꝰ hoīm: ſic verbū dei caro
factū eſt: aſſumendo eā in qua ⁊ ipſū manifeſtaret
ſenſibꝰ hominū. Et ſicut verbū noſtrum fit vox: nec
mutat in vocē: ita verbū dei caro quidē factū ē: ſed
abſit vt mutaret in carnē: aſſumendo q̇ppe illā: nō
in eam ſe ɔſumendo ⁊ hoc noſtrū vox fit: ⁊ illud ca
ro factū ē. EX geſtis cōcilij epheſini: Sermo etiaꝫ
quē ꝓferimꝰ quo in alterutris locutionibꝰ vtimur:
ſermo ē incozpozeus: nō aſpectui ſubiectꝰ: nō tactu
tractabilis: ſed cū ſermo induerit litteras ⁊ elemen
ta viſibilis fit: aſpectu compꝛhendit: tactu tractat:
ſic ⁊ verbuꝫ dei qđ naturaliter inuiſibile eſt viſibile
fit: ⁊ qđ natura incozpozeū ē: inuenit eē tractabile.
ALCVI. Cum etiā credamꝰ animā incozpozeaꝫ
cozpi ɔiungi: vt ex his duobꝰ fiat vnus hō: facilius
poſſumꝰ credere diuinā ſubſtātiā incozpozeā aīe in
cozpe cōiungi in vnionē ꝑſone: ita vt vbū in carneꝫ
non ſit cōuerſū: nec caro in verbū: cū nec cozpus in
aīam: nec aīa conuertat in cozpꝰ. THEO. Appol
linaris aūt laodicenſis in hac vbo hereſim ſtatuit:
dicebat enī ꝙ chꝛiſtꝰ aīam rōnalem nō habuit: ſed
tm̄ carnē habens: diuinitatē ꝓ anima que cozpꝰ di
rigit ⁊ gubernat. AVG. contra ſer. arriani: Si aūt
mouentur in eo qđ ſcriptū ē: ꝙ verbū caro factū ē:
nec ibi aīa nominat: intelligāt carnē ꝓ hoīe poſitā:
a parte totū figurate locutionis modo ſicuti ē: Ad
te oīs caro veniet. Item ex opibꝰ legis: ꝙ nō iuſtifi
cabit oīs caro: qđ aptius alio loco dr̄: Nō iuſtifica
bit hō ex opibꝰ legis. Sic itaqꝫ dictū ē: Uerbū caro
factū ē. ac ſi diceret: Uerbū hō factum ē. THEO.
Euāgeliſta volēs oñdere inenarrabilē dei ɔdeſcen
ſum: carnē cōmemozat: vt illius admiremur miſeri
cozdiam: qm̄ ꝓpter noſtrā ſalutē qđ oīno remotuꝫ
⁊ diſtans ē ab eius natura: aſſūpſit.ſ. carnē. aīa nāqꝫ
habet aliquā ꝓpinquitatē ad deū. Si aūt verbū in-
carnatū ē: ⁊ humanā aīam non aſſumpſit: ſequere-
tur ꝙ adhuc aīe noſtre curate non eſſent: qđ eiꝫ nō
aſſūpſit: non ſanctificauit: Et qualis deriſio: cuꝫ aīa
ꝑuſ peccauerit vt carnē aſſumēdo ſanctificauerit id
qđ ē ꝑncipalius infirmū relinqueret: Subuertitur
ex hoc dicto neſtozius: q̄ dicebat ꝙ non deꝰ verbū
ipſe idem factꝰ eſt hō ex ſacro cōceptꝰ ſanguine vir
ginis: ſed vbo pepit hominē q̄ oīs virtutis dotatus
erat ſpecie: ⁊ dei verbū illi erat cōiūctū: ⁊ ex hoc du
os filios aſſerebat: vnū natum de virgine.ſ. hoīem:
alterū de deo.ſ. dei filiū: hoī illi coniunctū ſm̄ gr̄aꝫ
habitudinē ⁊ amozē. Contra quē euāgeliſta dixit:
ꝙ ipſū verbū factū ē homo: nō ꝙ verbum inueniēs
hoīem virtuoſū ſe ſibi ɔiūxerit. CIRYL. ad neſto
rium: Carnē enim animatā aīa rōnali viuens vbuꝫ
ſibi ſm̄ ſubſiſtentiā ineffabiliterqꝫ ⁊ intelligibiliter
factꝰ ē hō: ⁊ appellatꝰ ē filiꝰ hoīs: non ſm̄ volūtatē
ſolā aut beneplacitū: ſed neqꝫ in aſſumptiōe ꝑſone
ſolius diuerſe quidē quo ad vnionē collate nature
vnꝰ aūt ex ambobꝰ chꝛiſtus ⁊ filiꝰ: non q̄ſi differen
tia naturarū interēpta ꝓpt̄ adunationē. THEO.
Addiſcimꝰ ergo ꝑ hoc qđ dicitur: Uerbum caro fa
ctū eſt: quia ipſū verbū ē hō: ⁊ filiꝰ dei exiſtens factꝰ
eſt filius mulieris: q̄ ꝑncipaliter dei genitrix nuncu
pat: tanqꝫ deū in carne genuerit. HYLA. x. de tri.
Quidā aūt volētes vnigenitū deū q̄ in pꝛīcipio apđ
deū erat deus verbū: nō ſubſtantiuū dei eſſe ſꝫ ſer
monē vocis emiſſe: vt qđ loquētibꝰ verbū ſuū: hoc
ſit patri deo filius argute ſubꝛipere volūt: ne ſubſi-
ſtēs verbū deꝰ ⁊ manens in fozma dei chꝛiſtꝰ homo
natus ſit: vt cū hoīem illū humane potiꝰ originis cā
q̄ſ ſpūalis ɔceptiōis ſacramentū animauerit: nō de
us verbū hoīem ſe ex partu virginis efficiens extite
rit: ſed vt ꝓphetis ſpūs ꝓphetie: ita in ieſu vbū dei
fuerit. Et arguere nos ſolēt ꝙ chꝛiſtū dicamꝰ eē na
tum non nr̄i cozpis atqꝫ aīe hoīem: cū nos verbum
carnē factū: nr̄e ſimilitudinis natū hoīem ꝑdicemꝰ
vt vere dei filiꝰ vere hoīs filiꝰ natus ſit. ⁊ vt ꝑ ſe ſibi
aſſumpſit ex vgine cozpꝰ: ita ex ſe ſibi aīam aſſūpſit
q̄ vtiqꝫ ab hoīe nūqꝫ gignētiū originibuſ ꝑbet. ⁊ cū
ipſe ille filiꝰ hoīs ſit: q̄ridicl'e ꝑter dei filiū q̄ verbū
caro factū eſt: aliū neſcio quē tanqꝫ ꝓphetā verbo
dei aīatū ꝑdicabimꝰ cū dn̄s ieſus chꝛiſtus ⁊ dei filiꝰ
⁊ hoīs filius ſit. CHRY. Ne aūt ab eo qđ dictuꝫ
eſt: Uerbū caro factū ē: incōuenienter ſuſpicerī ver-
ſionē illius incozruptibilis nature ſubdit: Et habi-
tauit in nobis. Qđ enī habitat: nō idē eſt cū habita-
culo: ſed aliud. aliud aūt dico ſm̄ naturaꝫ: vnitione
vō ⁊ copulatione vnū ē deꝰ verbū caro: neqꝫ ɔfuſio
ne facta neqꝫ deſtructiōe ſubſtantiaꝝ. ALCVI.
Uel habitauit in nobis. i. inter hoīes cōuerſatus ē.

## ¶ Et uidimꝰ gl'iaꝫ eiꝰ gl'iaꝫ q̄ſi uni geniti a pr̄e: plenū gr̄e ⁊ ueritatis.

CHRY. Cum dixiſſet filij dei facti ſumus: ⁊ non
aliter qꝫ per hoc verbum caro factum ē: rurſus ipſi
us dicit ⁊ aliud lucrū: Et vidimus glozia eiꝰ. quā
vtiqꝫ nō vidiſſemus: niſi ꝑ ɔſoztiū hūanitatis viſus
eēt nobis. Si enī moyſi nō ſuſtinuerūt faciē glozifi
catā vidē: ſed velamine opꝰ fuit: qualiter diuinitatē
nudā exiſtētē: inacceſſibilē etiā ipſis ſupiozibꝰ virtu
tibus nos lutei ⁊ tr̄eſtres ſufferre poſſemꝰ. AVG.

Uel aliter: Quia verbum caro factū est ⁊ habitauit
in nobis. Jsta natiuitate collyriū fecit: vnde tergerē
tur oculi cordis nr̄i: vt possimꝰ videre maiestatē eiꝰ
ꝑ eiꝰ humanitatē. ⁊ iō dr̄: Et vidimꝰ gloriā eiꝰ. Glo
riā eius nemo posset videre nisi humilitate carnis
sanaretur. Jrruerat enī hoī quasi puluis in oculuꝫ
de terra: oculꝰ iste sautiatꝰ erat: ⁊ terra illuc mittit̄
vt sanetur: caro te obcecauerat: caro te sanat. Car
nalis enī aīa facta erat: consentiendo carnalibꝰ affe
ctibus: inde fuerat oculus cordis cecatus. medicus
fecit tibi collyriū: qm̄ sic venit: vt de carne vitia car
nis extingueret. Uerbū enī caro factū ē: vt possis di
cere: Uidimꝰ gloriam eius. CHRY. Subdit aūt:
Quasi vnigeniti a patre. quia multi ꝓphetaꝝ glori
ficati sūt: puta moyses: helias: heliseꝰ: ⁊ alii multi q̄
cunqꝫ miracula ondērūt: sed ⁊ angeli hoībꝰ appa
rentes: ⁊ eā q̄ est ꝓprie nature coruscantē lucē ma
nifestantes. sed ⁊ cherubin ⁊ seraphin cū multa glo
ria visa sunt a ꝓpheta. Ab oībus his nos adducēs
euāgelista: ⁊ supra omnē naturā ⁊ cōseruoꝝ nostro
rū claritatē erigens mentē: ad ipsū nos ꝑducit ver
ticem. q. d. Non vt ꝓphete aut alteriꝰ hoīs vel āge
li aut archangeli aut alicuiꝰ supioꝝ virtutū ē gloria
quā vidimꝰ: sed q̄si ipsius dn̄atoris: ipsiꝰ regis: ipsiꝰ
naturalis filij vnigeniti. GRE. Jn sacro eniꝫ eloq̄o
Sicut ⁊ Quasi aliqn̄ nō ꝓ silitudine ponit̄: sꝫ ꝓ ve
ritate. vn̄ ⁊ istud Quasi vnigeniti a patre. CHRY.
Ac si diceret: Uidimꝰ gloriā qualē decebat ⁊ cōue
niens ē habere vnigenitū ⁊ naturalē filiū. Cōsuetu
do enī multoꝝ regē valde ornatū videntiū: vbi cuꝫ
aliis enumerātes non pñt vniuersaꝫ repñtare cla
ritatē hoc inducunt: Quid oportet multa dicē: q̄si
rex ibat: sic ⁊ iohānes dicit: Uidimꝰ gloriā eius glo
riā q̄si vnigeniti a patre. Angeli enī apparētes vt ser
ui ⁊ dn̄m hn̄tes oīa agebant. ipse vō vt dn̄s cū hu
mili forma apparēs: sed ⁊ creature dn̄m cognoue
rūt: stella magos vocās: angeli pastores: puer exul
tans i vtero. sed ⁊ pater testatꝰ ē de celis: ⁊ paracly
tus sup ipsū aduenit. sed ⁊ ipsa reꝝ natura omni tur
ba clarius clamauit: qm̄ rex celoꝝ aduenerat. Eteni
demones fugiebāt: infirmitates soluebant̄: mortu
os dimittebant sepulchra: ⁊ aīas a malitia ad virtu
tis verticem agebat. Quid vtiqꝫ quis dicat p̄cepto
rū philosophiā: celestiū legū v̄tutē: angelice vrbani
tatis bonā ordinationē. ORIGE. in ho. Eiꝰ autē
qđ sequitur: Plenū gratie ⁊ veritatis: duplex intelle
ctus ē. Pōt enī de hūanitate ac diuinitati incarnati
verbi accipi: ita vt plenitudo gratie referat̄ ad hūa
nitatē sm̄ quā christus caput ē ecclesie: ⁊ p̄mogeni
tus creature vniuerse: qm̄ maximū ⁊ p̄ncipale gra
tie exēplū qua nullis p̄cedentibꝰ meritis hō efficit̄
deus: in ipso p̄mordialiter manifestū est. Pōt etiaꝫ
plenitudo gratie christi de spūsancto intelligi: cuiꝰ
septiformis opatio humanitatem christi impleuit.
Plenitudo vō veritatis ad diuinitatē refert̄. Si vō
plenitudinē gratie ⁊ veritatis de nouo testamento
mauis intelligere: nō incōgrue ꝓnūciabis plenitu
dinem gratie noui testamēti eē ꝑ christū donatā: ⁊
legaliū simbulorum veritatem i ipo esse impletā.
THEO. Uel Plenū gratia: put eius verbū gratio
sum erat dicente dauid: Diffusa est gratia in labiis
tuis. Et veritate sm̄ ꝙ moyses ⁊ ꝓphete loquebāt̄:
aut opabant̄ in figura: christus aūt cū veritate.

Johānes testimoniuꝫ ꝑhibet de
ipso: ⁊ clamat dicēs: Hic erat queꝫ
dixi: qui post me uenturꝰ est: añ me
factꝰ est: quia p̄or me erat.

ALCVI. Dixerat supius fuisse missū hominē ad
ꝑhibendū testimoniū: hic determinat testimonium
suū qđ manifeste p̄cursor pronunciauit. vn̄ dicitur:
Johannes ꝑhibet testimoniū de ipso. CHRY. Uł
aliter hoc inducit ac si dicat: Nō estimetis ꝙ nos q̄
fuimus cū eo multo tp̄e ⁊ mēse ipsiꝰ cōicauimꝰ: ꝓ
pter gratiā hoc testamur: qꝛ iohānes q̄ ante euꝫ nō
viderat: nec ei cōmoratꝰ fuerat: ei testimoniū ꝑhibe
at. Multotiēs aūt euangelista reuoluit eiꝰ testimo
niū: qꝛ multā admirationē huius viri habebant iu
dei. Et alij quidē euangeliste antiquoꝝ meminerūt
prophetarū dicētes: Hoc factū est vt impleatur qđ
dictū ē ꝑ prophetā. Hic aūt altiorē ⁊ recētiorē testeꝫ
inducit: nō intendēs a seruo dn̄atorem facere fide
dignū: sed auditoꝝ imbecillitati cōdescendēs. Quē
admodū enī nisi serui formam assūpsisset: nō ita fa
cile susceptibilis factꝰ eēt: ita nisi serui voce audituꝫ
cōseruoꝝ p̄excitasset: nequaq̄ꝫ multi iudeoꝝ verbuꝫ
christi suscepissent. Sequit̄: Et clamat. i. cum ꝓpa
latione cū libertate sine subtractiōe oīa p̄dicat. Nō
aūt a p̄ncipio dixit: qm̄ hic ē filiꝰ dei vnigenitꝰ natu
ralis: sed clamat dicēs: Hic erat quē dixi: qui post
me vēturus est ante me factus ē: quia p̄or me erat.
Quemadmodū enī matres auiū nō cōfestiꝫ pullos
suos volationē docent: sed p̄mo quidē extra niduꝫ
educūt: postea vō aliā multo velociorem volatiōeꝫ
apponūt: sic ⁊ iohānes nō cōfestim iudeos ad alta
duxit: sed interim paululū a terra eos euolare docu
it dicens ꝙ christus melior eo erat. Et vide qualit̄
sapienter inducit testimoniū. non enī solū apparen
tem christū monstrat: sed ⁊ anteq̄ꝫ apparuisset eum
p̄dicat. Qđ significatur in hoc qđ dicit: Hic erat de
quo dixi: Hoc aūt fecit ut facile susceptiuꝰ eēt chri
stus: hominū mente iā p̄detenta ut ab aliis q̄ de eo
dicta erant: ⁊ nihil ad hoc humilitas habitꝰ nocēt.
Jta enī humili ⁊ cōi oībus forma christꝰ vtebatur:
ut simul ⁊ verba hec audissent de eo: ⁊ eum cōside
rassent: iohannis testimoniū derisissent. THEO.
Dicit aūt: Qui post me venturꝰ ē. videlꝫ sm̄ tempo
ra natiuitatis: sex enī mensibus prior christo iohan
nes erat sm̄ humanitatē. CHRY: Uel hoc nō di
cit de ea generatione que est ex maria. Jam enī na
tus erat christus qn̄ hec a iohāne dicebant̄: sed de
aduentu eius ad p̄dicationē. Dicit aūt: Ante me fa
ctus est. i. clarior ⁊ honorabilior: ac si dicat: Nō q̄a
prior vēni ad predicandum ex hoc maiorē me esse
illo existimetis. THEO. Arriani vō hanc lr̄am sic
exponunt: volentes ostendere ꝙ dei filius non ē a
patre genitus: sed factus: sicut vna alia creatura.
AVG. Nō ḡ intelligit̄ factꝰ ē anteq̄ꝫ ego essem fa
ctus: sed antepositꝰ ē mihi. CHRY. Si autem qđ
dr̄: Ante me factus ē: de productione ad esse intel
ligeretur: superfluuꝫ esset qđ addit̄: Quia prior me
erat. Quis enim est ita insipiens ut ignoret quoniā
ex quo ante eum factus est: prior eo erat: quia ante

me factꝰ eſt.ergo qꝺ dicit:Ante me factꝰ ē:de bono
re intelligit̄.hoc enī qꝺ futurū erat:factū dicit:quia
conſuetudo erat antiquoꝝ prophetarum de futu
ris quaſi de iam ꝑteritis loqui.

**Et de plenitudine eius nos oēs
accepimꝰ:ꝛ gratiā ꝓ gratia:qꝛ lex ꝑ
moyſen data eſt: gratia ꝛ ueritas ꝑ
ieſum chriſtum facta eſt.**

ORI. Sermo iſte in ꝑſona baptiſte de chriſto te
ſtātis ꝑlatus ē:qꝺ plurimos fallit ex hinc uſqꝫ illuc
ille enarrauit:credentes ī ꝑſona iohānis apl'i recita
ri. Incōſequēs aūt eſt putare ſubito ꝛ quaſi intem
peſtiue interrūpi baptiſte ſermonē ex ṽbo diſcipuli
ꝛ cuiqꝫ ſciēti ꝑcipere dictoꝝ collationē in ꝓpatulo
ꝯſtat ſeries dicti. Dixerat enī ob hoc:Ante me factꝰ
eſt:qꝛ ꝑoꝛ me erat. Ex hoc autem conīecto prioꝛem
me foꝛe ꝙ ex eiꝰ plenitudine ego quidē ꝛ añ me ꝓ
phete accepimꝰ gratiā: ſecūdam ꝓ prima. Pertige
rūt enī ꝛ illi poſt figuras ꝑ ſpīm ad veritatis ſpecula
tionē:hinc etiā ꝑpendimꝰ ex plenitudine eiꝰ accipi
entes legē quidē ꝑ moyſen foꝛe datā:gratiā autē ꝛ
veritatē ꝑ ieſū chriſtū:nedū foꝛe datā ſꝫ factā: patre
quidē legē dāte per moyſen:gratiā ꝛ veritatē faciē
te ꝑ ieſum. Sed ſi ieſus eſt ꝗ dicit:Ego ſum veritas:
quō veritas ſit ꝑ ieſuꝫ. Sꝫ intelligēdū eſt ꝙ ipſa ve
ritas ſubſtātialis ex prima veritate ꝛ eius imagine
ſculpte ſūt multe veritates in his ꝗ veritatē tractāt:
neqꝫ ꝑ ieſū chriſtū facta ē:nec pꝛoꝛſus ꝑ aliquē: ſꝫ
veritas puta que ꝯſiſtit in paulo ꝛ apl'is ꝑ ieſū chri
ſtū facta ē. CHRY. Uel aliter: Coniūgit hic teſti
monio iohānis baptiſte ſuūꝫ teſtimoniū iohannes
euangeliſta dicēs:Et de plenitudine eiꝰ ꝛc̄. Nō pre
curſoris ē verbū:ſꝫ diſcipuli.q.d.Etiā nos oēs duo-
decim ꝛ oīs plenitudo fideliū ꝛ ꝗ nūc ſūt ꝛ futuro-
rū de plenitudine eiꝰ accepimꝰ. AVG. Quid aūt
accepiſtis? Et gratiā ꝓ gratia: neſcio vt q̄d nos vo-
luerit intelligere de plenitudine eiꝰ accepiſſe:ꝛ inſu
per gratiā ꝓ gratia: Accepimus enī de plenitudine
eiꝰ pꝛimo gratiā: ꝛ rurſus accepimꝰ gratiā ꝓ gratia:
Quā gratiā ꝑmo accepimꝰ? fidē. Uocat̄ enī gratia
qꝛ gratis dat̄.hanc ꝰ accepit gratiā pꝛimā pctōꝛ vt
eiꝰ pctā dimitterēt̄.ꝛ iteꝝ gratiam ꝓ gratia: in qua
ex fide viuimus recepturi ſumus aliā.i.vitā eternaꝫ
vita.n.eterna q̄ſi merces ē fidei.ſed qꝛ ipſa fides gra
tia eſt:vita eterna gratia ē pꝛo gratia. Non erat iſta
gratia in veteri teſtamēto:qꝛ lex minabat̄:non opi
tulabat̄:iubebat:nō ſanabat languoꝛē: oſtēdebat:
nō auferebat:ſed ꝑpabat medico venturo cū gratia
ꝛ veritate:vñ ſeqt̄ur:Quia lex ꝑ moyſen data ē:gra
tia ꝛ veritas ꝑ ieſū chriſtū facta ē. Moꝛtē enī tēpo-
ralē ꝛ eternā occidit moꝛs dñi tui.ipſa ē gratia que
ꝓmiſſa ꝛ nō habita erat in lege. CHRY. Uel ac-
cepimꝰ gratiā ꝓ gratia.i.ꝓ veteri nouā. Sicut enim
eſt iuſticia ꝛ iuſticia:adoptio ꝛ adoptio:circūciſio ꝛ
circūciſio:ita gratia ꝛ gratia.ſed illa quidē vt typꝰ:
hec ṽo vt veritas. Hoc aūt induxit oñdens qm̄ ꝛ iu
dei gratia ſaluabant̄:ſed ꝛ nos oēs gratia ſalui ſu-
mus:miſericoꝛdie aūt ꝛ gratie fuit legē ſuſcipe. Pro
pterea cū dixiſſet: Gratiā ꝓ gratia:oñdens magnitu
dinem eoꝝ ꝗ data ſūt ſubdit:Quia lex ꝑ moyſen da
ta eſt:gratia ꝛ veritas ꝑ ieſū chriſtū facta eſt. Et ſu-
pꝛa quidē iohānes ad ſeipſū cōꝑans chriſtū ait:Añ
me factꝰ ē. Hic aūt euāgeliſta ad eū ꝗ illo tp̄e ma-
gis ī admiratiōe apud iudeos erat ꝙ̄ iohānes: chri
ſti cōꝑatiōꝫ facit.ſ.ad moyſen. Et ꝯſidera prudētiaꝫ
non ꝑſonaꝝ ſꝫ reꝝ cōꝑationē facit:gratiā ꝛ veritatē
legi opponēs.ꝛ huic addit Data ē:qꝺ miniſtrantis
erat:huic aūt Facta ē:qꝺ eſt regis cū ꝑtāte oīa ope
rantis.cū gratia quidē:qꝛ cum ꝑtāte oīa dimittebat
pctā.ꝛ gratiā quidē eiꝰ baptiſmatis donū:ꝛ adoptio
ꝗ ꝑ ſpīm nobis dat̄:ꝛ alia multa oñdūt.veritatē aūt
pleniꝰ ſciemꝰ:ſi figuras veteris legis didicerimꝰ. Ea
enī qui in nouo teſtamēto ꝑficienda erāt: in veteri
teſtamēto figuris ꝑſcripſerūt:quas chriſtꝰ veniens
adimpleuit. Uñ figura data eſt ꝑ moyſen:veritas ꝑ
chriſtū facta ē. AVG. xiij.de trini. Uel gratiā refe
ramꝰ ad ſcientiā:veritatē ad ſapientiā.in rebꝰ enim
ꝑ tempus oꝛtis:illa ſūma gratia eſt: ꝙ homo ī vni-
tate ꝑſone cōiunctus eſt deo. In rebꝰ ṽo eternis: ſū
ma veritas recte tribuitur dei verbo.

**Deū nemo uidit unq̄ꝫ. Unigeni
tꝰ filiꝰ ꝗ ē in ſinu p̄ris:ipſe enarrauit.**

ORI. Incongrue eradiꝰ aſſerit hoc ꝓmulgatum
fuiſſe non a baptiſta ſꝫ a diſcipulo.nā ſi illud de ple
nitudine eiꝰ nos oēs accepimꝰ:a baptiſta ꝑlatū eſt
quō nō eſt ſequēs ipſū de gratia chriſti ſuſcipienteꝫ
ꝛ ſecundā ꝓ ꝑma gratia:cōfitentēqꝫ legē ꝑ moyſen
foꝛe traditā:gratiā ṽo ꝛ veritatē ꝑ ieſū chriſtū ꝓdiſ-
ſe:intellexiſſe qualit̄ deū nemo vidit vnq̄ꝫ: q̄qꝫ vni
genitus cū in patris gremio requieſcat interꝑtatiōꝫ
ipſi iohāni:necnō oībus his ꝗ de ꝑfectiōe guſtaue-
rint ꝯceſſerit. Non enī nūc primitꝰ ānūciauit: nam
ꝑuſqꝫ abraā fieret:docet nos abraā exultaſſe:vt vi-
deat eiꝰ gloriā. CHRY. Uel aliter: Euāgeliſta oñ
dens multā eminētia donoꝝ chriſti ad ea ꝗ ꝑ moy
ſen diſpēſata ſūt:vult de reliquo cāꝫ rōnalē dñicē di
cere.nā ille q̄dē famulꝰ exiſtens:mioꝝ reꝝ factꝰ eſt
miſter:hic ṽo dñatoꝛ ꝛ regis filiꝰ exiſtēs:multa ma
ioꝛa nobis attulit coexiſtēs ſꝑ patri ꝛ vidēs eū.ꝓpꝑ
hoc ita intulit dicēs:Deū nemo vidit vnq̄ꝫ. AVG.
ad paulinā: Quid ꝰ eſt qꝺ iacob dicit Uidi dñm fa
cie ad faciē.ꝛ qꝺ de moyſe ſcriptū: Quia loq̄bat̄ cū
deo facie ad faciē.et illud qꝺ ꝓpheta yſaias loquēs
de ſeipſo ait: Uidi dñm ſabaoth ſedentē in thꝛono?
GRE. xviij.moꝛa. Sed patēter dat̄ intelligi ꝙ q̄-
diu hic moꝛaliter viuitur:videri ꝑ quaſdā imagineſ
pōt deus:ſꝫ ꝑ ipſam nature ſue ſpeciē nō pōt:vt aīa
gratia ſpūs afflata:ꝑ figuras quaſdā deū videat: ſꝫ
ad ipſam vim eius eſſentie non ꝑtingat. Hinc ē enī
ꝙ iacob ꝗ deū ſe vidiſſe teſtat̄:non niſi angelum vi
dit.hinc ē ꝙ moyſes qui cum deo facie ad facieꝫ lo-
quitur dicit: Oſtende mihi temetipſuꝫ manifeſte vt
videam te. Ex qua eius petitione colligitur:quia eū
ſitiebat ꝑ incircūſcripte nature ſue claritatē cernere
quem iam ceperat ꝑ quaſdam imagines videre.
CHRY. Si aūt antiqui patres ipſam viderunt na-
turam nequaqꝫ differenter conſideraſſent. ſimplex
enī q̄dā ē ꝛ infigurabilis:non ſedet: neqꝫ ſtat: neqꝫ
ambulat:hec enī coꝛpoꝝ ſūt.vñ ꝛ ꝑ prophetā dicit:
Ego viſionem multiplicaui eis ꝛ in manibꝰ ꝓpheta
rum aſſimilatus ſum:hoc ē cōdeſcendi eis: non qꝺ

eram apparuit: qꝛ enim fili⁹ dei p veram carnē appa
ritur⁹ erat nobis: pmo exercitauit eos videre deū: ſi
cut poſſibile erat eis videre. AVG. ad paulinam:
Sed cū ſcriptū ſit: Beati mūdo corde: qm̄ ipſi deū
videbunt. ꝛ iterū: Cū apparuerit ſiles eis erim⁹: qm̄
videbim⁹ eum ſicuti eſt: quid ē qḋ hic dr̄: Deum ne
mo vidit vnq̄: An fortaſſe rn̄detꝛ q illa teſtimonia
de videndo deo ſunt nō de viſo: ipſi enī deum vide
bunt: dictum eſt: nō viderūt: ꝛ nō vidim⁹ ſed vide
bimus eū ſicuti ē: deū enī nemo vidit vnq̄. Uel in
hac vita ſicuti ipſe eſt: vel etiā in angeloꝝ vita ſicuti
viſibilia iſta que corpali viſione cernuntꝛ. GRE.
xviii. mora. Si vō a quibuſdā pōt in hac corruptibi
li carne viuētib⁹: ſed tn̄ ineſtimabile virtute creſcēti
bus: quodā cōtemplationis acumine eterna clari
tas videri: hoc ab hac ſnīa nō abhorret: qm̄ quiſq̄s
ſapientiā q̄ deus eſt videt: huic vite funditꝰ moritꝛ:
ne iam eius amore teneatꝛ. AVG. xii. ſup geneſim
ad litterā: Niſi enī ab hac vita quiſq̄ quodāmodo
moriatꝛ: ſiue oīno exiens de corpe: ſiue ita auerſus ꝛ
alienat⁹ a carnalib⁹ ſenſib⁹: vt merito neſciat ſicut
apls ait: vtꝝ in corpe an extra corpus ſit: non in illā
rapitꝛ ꝛ ſubuehitur viſionē. GRE. xviii. mora. Sci
endū vō ē q fuere nōnulli q̄ deū dicerēt in illa re
gione btitudinis in claritate ſua conſpici: ſed in na
tura minime videri: quos nimirū minoꝛ inq̄ſitionis
ſubtilitas fefellit. neq̄ enī illi ſimplici ꝛ incōmuta
bili eſſentie aliud ē claritas: aliud natura. AVG.
ad paulinā: Si aūt dr̄: i hoc q ſcriptū ē: Deū nemo
vidit vnq̄: homines tm̄modo intelligēdos. nā hoc
aplus plani⁹ explicans: Quem nemo inq̄t hoīm vi
dit: ſed nec videre pōt vt ita dictū ſit: Deū nemo vi
dit vnq̄: ac ſi diceretꝛ: Null⁹ hominū. q̄ſtio illa ſol
ui videbatꝛ: vt non ſit huic ſententie ɔtrariū qḋ dn̄s
ait: Angeli eoꝝ ſemp vidēt faciē patris mei: vt. ſ. an
gelos dei videre credam⁹: quē nemo vidit vnq̄. ſ.
hoīm. GRE. xviii. mora. Sūt tn̄ nonnulli q̄ neq̄
deū videre nec angelos ſuſpicantꝛ. CHRY. Dicen
tes q ipſū qḋ deus eſt: non ſolū ꝓphete ſed nec an
geli viderūt: neq̄ archangeli. Sed ſi interrogaueriſ
eos audies de ſubſtantia nihil rn̄dentes: Gloria vō
i excelſis deo non ſolū cantātes: ſed et in terra pax
hoībus bone volūtatis. Et ſi a cherubin ꝛ ſeraphin
concupiueri aliq̄d diſcere: myſticā ſanctimoniū me
lodiam audies: et qm̄ plenū eſt celū ꝛ terra gloria
eius. AVG. ad paulinā: Qḋ quidē in tantū veꝝ ē
qꝛ dei plenitudinē null⁹ non ſolū oculis corporis
ſed vel ipſa mente aliqn̄ cōphendit. Aliud ē enim
videre: aliud totū videndo cōphendere. qm̄quidē
id videtꝛ qḋ pn̄s vtcunq̄ ſentitꝛ: totū aūt cōphen
ditꝛ videndo qḋ ita videtꝛ vt nihil ei⁹ lateat videntē
aut cui⁹ fines circūſpici pn̄t. Sic igitꝛ ſol⁹ patrem vi
det filius ꝛ ſpūſſanctus. CHRY. Qui enī creabiliſ
eſt nature: qualiter poterit videre qḋ increabile ē:
Ita igitur null⁹ nouit deū vt fili⁹. vn̄ ſeq̄tꝛ: Unigeni
tus fili⁹ qui eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. ne ꝓpē
noīs cōmunionē vnū quēdā eoꝝ q̄ gratia facti ſunt
filioꝝ eē exiſtimes eum: primo quidē adiect⁹ ē arti
culus. Si vō hoc nō ſufficit tibi: audi aliud nomen
vnigenitus. HYLA. vi. de tri. Nature quidē nō ſi
des non ſatis explicita videbatꝛ ex noīe filii: niſi ꝓ
prietatis virtus p exceptionis ſignificatiua addere

tur. preter filiū enī ꝛ vnigenitū nihil cognominans
ſuſpitionē penitus adoptionis excluſit: cū veritatē
noīs vnigeniti nā pſtaret. CHRY. Sed ꝛ aliḋ po
ſuit dicens: Qui ē in ſinu patris. Etenim in ſinu con
uerſari multo plus eſt q̄ ſimpliciter videre. nam q̄
ſimpliciter videt: nō oīno eius qḋ videt cognitionē
habet. qui vō in ſinu cōuerſatur nihil ignorabit. Cū
igitꝛ audieris q null⁹ ɔgnoſcit patrē niſi fili⁹: neq̄
dicas: qm̄ etſi plus oībus nouit patrē: ſed nō quāt⁹
eſt nouit eū: ꝓpterea euāgeliſta in ſinu patris eum
morari dicit: vt nō eſtimemus p id aliud ſignificatū
q̄ familiaritatē vnigeniti ꝛ coeternitatē ad patrē.
AVG. In ſinu enī patris. i. in ſecreto patris. Non
enī deus habet ſinū quēadmodū nos habem⁹ i ve
ſtibus: aut cogitand⁹ eſt ſic ſedere: quō nos aut for
te cinctus eſt vt ſinū haberet: ſed qꝛ ſin⁹ noſter in
tus eſt: ſecretū patris ſinus patris vocatꝛ. Qui ḡ i ſe
creto patris nouit patrē: ipſe enarrauit qḋ vidit.
CHRY. Sed q̄d enarrauit: qm̄ vn⁹ ē deus. ſed ꝛ h̄
reliqui ꝓphete ꝛ moyſes clamāt: quid ḡ plus didi
cimus a filio in ſinibus paternalib⁹ exiſtente: Pri
mū quidem ipſa hec q̄ alii narrauerūt: ſunt enarra
ta ex opatōe vnigeniti. Deinde qm̄ multo maiorem
ſuſcipim⁹ doctrinā p vnigenitū: ꝛ cognouim⁹ qm̄
ſpūs deus ꝛ eos q̄ adorant eū in ſpū ꝛ veritate ado
rare oportet: ꝛ quoniā de⁹ pater ē vnigeniti. BE
DA: Preterea ſciendū qꝛ ſi ad pteritū referatꝛ: qḋ
ait: Enarrauit: homo fact⁹ enarrauit: q̄d d̄ trinitatis
vnitate ſentiendū: qualiter ad ei⁹ ɔtēplationē ꝓpe
randū: quib⁹ actib⁹ ſit ꝑueniendū: Si vō referatꝛ ad
futuꝝ: tūc enarrabit cū electos ſuos ad viſionē cla
ritatis ſue inducet. AVG. Fuerūt aūt hoīes q̄ di
cerent: vanitate cordis ſui decepti. Pater inuiſibili
eſt: filius aūt viſibilis eſt. Si ḡ ꝓpter carnē fili⁹ viſi
bilis dicitur: ꝛ nos ɔcedim⁹ ꝛ ē catholica fides. Si
aūt vt ipſi dicūt: anteq̄ incarnaretꝛ multū delyrant
ſi chriſt⁹ ſapientia dei ꝛ virtus dei ē. Sapientia enī
dei videri oculis nō poteſt: ſi verbum hominis ocu
lis non videtur: verbum dei ſic videri poteſt:
CHRY. Nō igitꝛ ſoli ipſi ꝓpriū ē: Deū nemo vidit
vnq̄. ſꝫ ꝛ filio: qꝛ vt paul⁹ dicit: ē imago dei inuiſibi
lis: qui vō inuiſibilis imago ē: ꝛ ipē inuiſibilis eſt.

Et hoc eſt teſtimoniū iohannis:
quando miſerūt iudei ab hieroſoly
mis ſacerdotes ꝛ leuitas ad eum ut
interrogarēt eum: Tu quis es: Et
cōfeſſus eſt: ꝛ non negauit. Et con
feſſus eſt: quia nō ſū ego chriſtus.
Et iterrogauerūt eū: Quid ergo:
Helias es tu: Et dixit: Non ſū.
Propheta es tu: Et reſpōdit: Nō
Dixerūt ergo ei: Quis es ut reſpō
ſum demus his qui miſerūt nos:
Quid dicis d̄ teipo: Ait: Ego uox
clamātis in deſerto: dirigite uiā do
mini: ſicut dixit iſaias propheta.

ORIGE. Secūdū legit̄ hoc teſtimoniū a iohāne
baptiſta de chriſto ꝓlatū: incipiente pmo illic: Hic
ē d quo dixi: ⁊ deſinēte ibi: Ipſe enarrauit. Uel aliť:
THEO. Poſtq̄ ſupius dixit euāgeliſta ꝙ iohan
nes teſtabať de chriſto: Ante me fact⁹ eſt: nunc ſub
iungit qn̄ pmiſſū teſtimoniū reddiderit chriſto io-
hannes. vn̄ dicit: Et hoc ē teſtimoniū iohannis qn̄
miſerūt iudei ab hieroſolymis ſacerdoteſ ⁊ leuitas
ad iohannē. ORIGE. Judei quidē ab hieroſoly
mis vt cognati exiſtētes baptiſte de ſtirpe ſacerdo
tali exiſtentis: ſacerdotes ⁊ leuitas deſtinant: ſciſci-
taturos qs eſſet iohannes: eos. ſ. q̄ reputati ſunt ſm̄
electionē ab alijs differre ⁊ ab electo hierolymorū
loco. Johannē itaq̄ querūt cū tanta veneratione:
erga chriſtū aūt nihil hmōi factū legiť a iudeis. ſed
quod erga iohānē iudei: hoc iohānes erga chriſtuȝ
ꝓſequitur: p ꝓprios diſcipulos interrogās: Tu es
q̄ ventur⁹ es: an aliū expectam⁹. CHRY. Sic aūt
fidedignū eſtimauerūt eſſe iohannē vt ei de ſeipſo
dicenti crederēt. vn̄ dr̄: Ut interrogarent eū: Tu qs
es: AVG. Non aūt mitterent niſi mouerent ex-
cellētia auctoritatis: q2 auſus ē baptizare. ORI.
Johannes aūt vt videť diſcernebat ex qōne ſacer-
dotū ⁊ leuitaꝝ dubitationē: ne forte chriſt⁹ eēt ba-
ptizans: aperti⁹ tn̄ illud ꝓfiteri cauebant ne temera-
rij putarenť. Quapropter merito vt eoꝝ opinio fal-
lax de eo primitus aboleret: ac ſubinde veritas ꝓ-
palareť ꝙ non ſit chriſt⁹ an̄ oia manifeſtat. vn̄ ſeq̄-
tur: Et cōfeſſus ē ⁊ non negauit: ⁊ cōfeſſus ē: q2 nō
ſū ego chriſt⁹. Hic etiā adijciam⁹: q2 tēp⁹ aduentus
chriſti populū recreabat quodāmō iā pn̄s exiſtens
legiſperitis ex ſacris ſcripturis illi⁹ temp⁹ ſperatuȝ
colligentib⁹: ꝓpť qd̄ theodas nō modicā multitu-
dinē qn̄ xp̄s ꝯgregauit: ⁊ p⁹ illū iudas galile⁹ i die
bus ꝓfeſſionis. Cu g̃ feruēti⁹ chriſti expectareť ad
uent⁹: iudei trāſmittūt ad iohānē p hoc qd̄ eſt: Tu
quis es: cōijcere volentes ſi ipſe ſe chriſtū fatereť.
Non aūt ex eo ꝙ dicit: Nō ſu ego chriſt⁹: negauit.
ex hoc eni ipſo confeſſus ē veritatē. GRE. Nega
uit plane qd̄ non erat: ſed nō negauit qd̄ erat: vt ve
ritatē loquēs: eius mēbrū fieret: cui⁹ ſibi nomē fal-
laciter nō vſurparet. CHRY. Uel aliť: Paſſi erāt
iudei quādā humanā paſſionē ad iohannē. Jndi-
gnū eni eſtimabāt ſubijci cū chriſto ꝓpter multa q̄
iohannis claritatē demōſtrabant: quoꝝ pmū erat
gen⁹ illuſtre. Principis eni ſacerdotū fili⁹ erat: de-
inde dura educatio: humanorū deſpectio. Jn chri-
ſto aūt contrariū videbať gen⁹ humile: qd̄ ei expro
brabant dicētes: Nonne hic ē fabri fili⁹: dieta cōis
⁊ veſtimēta: nihil plus multis habētia. quia igiť io
hannes cōtinue ad chriſtū mittebat volētes magis
iohēȝ hēre mgr̄ȝ: mittūt ad eū opinātes p blādi tias
eū allicere ad cōfitēdū ſe chriſtū eſſe. nō ergo quoſ
dam contēptibiles mittūt: vt ad chriſtū miniſtros
⁊ herodianos: ſed ſacerdotes ⁊ leuitaſ: ⁊ non quoſ
cūq̄: ſed eos q erant ex hieroſolymis: hoc eſt hono
rabiliores. Et ad hoc mittūt: vt interrogarēt Tu qs
es: non q̄ſi ignorātes: ſed volētes eū inducere ad h̄
qd̄ dixi: vnde iohānes ad mētē ⁊ non ad interroga
tionē eis rn̄dit: Et ꝯfeſſus ē ⁊ nō negauit: ⁊ ꝯfeſſus
eſt: q2 nō ſū ego chriſtus. Et vide ſapientiā euāgeli
ſte. tertio quaſi idē dicit: ⁊ virtutē baptiſte indicās:

⁊ maliciā ⁊ amentiā iudeoꝝ. Deuoti eni famuli eſt
nō ſolū non rapere gloriā dn̄i: ſed oblatā a multis
reſpuere. Turbe eni ex ignorantia ad hanc venerūt
ſuſpitionē: vt iohannē chriſtū eſtimarēt. hi v̄o a ma
ligna mente ex qua interrogabant eū: eſtimātes p
blanditias attrahere ad hoc qd̄ volebant: niſi enim
excogitaſſent hoc rn̄denti: Nō ſum ego chriſt⁹. di
xiſſent: Non hoc ſuſpicati ſum⁹: non hoc venimus
interrogaturi: ſed capti ⁊ manifeſti effecti ad aliud
venīūt. vn̄ ſequitur: Et interrogauerūt eū. Quid g̃:
helias es tu: AVG. Nouerāt eni ꝙ ꝓceſſur⁹ erat
helias chriſtū. nō eni alicui ignotū erat nomē chri-
ſti apud hebreos: ſed non putabant illū eſſe chriſtū
nec tn̄ oīno putauerūt chriſtū nō eſſe venturū: ⁊ cū
ſperarent futuꝝ: offenderūt in pn̄teȝ. Seq̄tur: Et di-
xit: Non ſū. GRE. in ho. Ex his verbis nobis que
ſtio valde implexa generať. Alio quippe i loco in-
quiſit⁹ a diſcipulis dn̄s de helie aduentu rn̄dit: Si
vultis ſcire: iohānes ipſe ē helias. Requiſitus autē
iohannes dicit: Non ſuȝ helias. Quō ergo ꝓpheta
veritatis ē: ſi eiuſdem veritatis ſermonib⁹ concors
nō eſt. ORIGE. Dicit aūt aliq̄s ꝙ ſe ignorabat io
hānes eſſe heliam: ⁊ hoc nimiꝝ vtenť: q̄ aſſiſtūt ite-
rate incorporationis rōni tanq̄ anima denuo indu
ente corpora. Querūt eni iudei p leuitas ac ſacerdo
tes an eſſet helias: cū iterate corpis aſſūptionis do-
cumentū veraꝝ arbitranť q̄ſi paternum exiſtēs: nec
alienū ab archanoꝝ ſuoꝝ doctrina: ob hoc itaq̄ di-
cit iohannes: Helias non ſū. nam neſcit primeuā vi
tam ꝓpriā. qualiter aūt videť rōnabile ſi tanq̄ ꝓ-
pheta ſpū illuminat⁹ eſt: ⁊ de deo ⁊ vnigenito tāta
narrauit: ignoraſſe de ſeipſo an vnq̄ eius anima fu
erit in helia. GRE. in ho. Sed ſi ſubtiliter veritas
ipſa requiratur: hoc quidē qd̄ inter ſe contrariū ſo
nuit: quō contrariū nō ſit inuenitur. Ad zachariam
nāq̄ de iohāne āgelus dixit: Ipſe precedet an̄ illū
in ſpū ⁊ virtute helie: q2. ſ. ſicut helias ſm̄ dn̄i aduē
tū ꝑueniet: ita iohānes preuenit primū. Sicut ille p̄
curſor ventur⁹ eſt iudicis: ita iſte ꝑcurſor factur⁹ ē
redemptoris. Johannes igitur in ſpū helias erat: i
pſona helias nō erat. Qd̄ aūt dn̄s fateť de ſpū: hoc
iohannes denegat d pſona: quia ⁊ iuſtū ſic erat vt
diſcipulis dn̄s ſpūalē de iohāne ſentētiā diceret: et
iohannes turbis carnalib⁹ nō de ſuo ſpū: ſed de cor
poꝛe rn̄deret. ORI. Rn̄dit g̃ leuitis ⁊ ſacerdotib⁹
Non ſū. cōiectās ꝓpoſitū queſtionis eoꝝ. non eni
ſapiebat pmiſſa examinatio ſi idē ſpūs eēt i vtroq̄
ſed ſi iohānes eēt ipſe helias q̄ aſſumptus ē: nunc
apparēs ſm̄ ꝙ a iudeis expectabať abſq̄ natiuita
te. prim⁹ aūt arbitrans reſumptionē corpoꝝ dicet:
ꝙ incōſequēs ē filiū zacharie tanti ſacerdotis in ſe-
nio natū: ſup oēm humanā expectationē ignorari
a ſacerdotibus ⁊ leuitis ipſū natū fuiſſe: maxime lu
ca teſtante ꝙ fact⁹ ē timor in omnib⁹ habitantibus
circa eos. Sed forſan qm̄ ꝓpe finē heliā expectabāt
an̄ chriſtū q̄ſi tropice ſuſcitari videnť: an es tu q̄ p̄
nuncias chriſtū venturū: ⁊ caute rn̄dit: Non ſum.
Sed ⁊ nihil mirabile: ſicut in ſaluatoꝛe plurib⁹ ſciē
tibus ex maria natiuitatē eius: quidā fallebanť pu
tantes eum ad iohannem baptiſtam vel heliā aut
aliquem prophetarum: ſic ⁊ in iohanne quoſdam
oꝛt⁹ ei⁹ ex zacharia nō latebat: ⁊ quidā dubitabāt:

ſi forſan q̄ expectabatur helias apparuit in iohāne.
Quoniā vo cum plures in iſrael edite fuerint ,pphe
m⁹ de quo moyſes ,pphetauerat p̄ſerti expectabat.
iuxta illud: Prophetā vobis ſuſcitabit de⁹ ex fra-
trib⁹ veſtris: ſicut mihi illi parebitis. Tertio ſuſcitā
tur: non ſi foret ,ppheta ſimplicit̄: ſed cū articulo in
greco ponit̄. vn̄ ſeq̄t̄: Propheta es tu? Per ſinglos
eni ,pphetas nouerat pplus iſrl̄ neminem eoꝝ fore
hunc quem moyſes ,pphetauerat: qui ſicut moyſes
medi⁹ ſtaret inter deū ꝛ hoies: ꝛ accepto teſtamen-
to traderet diſcipulis. Hoc aūt illis nomē non chri
ſto attribuentib⁹: ſed arbitrātib⁹ aliū a chriſto ipſū
fore. Iohānes ſciuit qm̄ ꝛ chriſt⁹ ille ,ppheta eſſet.
inde ſubdit̄: Et rn̄dit: non. AVG. Uel q: iohan-
nes maior erat q̄s ,ppheta: q: ,pphete longe p̄nūcia
uerūt: iohānes p̄ſtē demōſtrabat. Sequit̄: Dixerūt
ḡ ei q̄s es: vt rn̄ſū dem⁹ his q̄ miſerūt nos: q̄d dicis
de teipſo? CHRY. Uides hic vehemētius inſiſtē-
tes ꝛ interrogantes. Hūc aūt cū māſuetudine eas q̄
nō erant vere ſuſpitiones deſtruentē ꝛ ea q̄ eſt vera
ponentē. vn̄ ſeqtur: Ait: Ego vox clamātis in deſer-
to. AVGV. Iſaias illō dixit: In iohāne ,pphetia
iſta cōpleta ē. GRE. Scitis aūt q̄ vnigenit⁹ filius
verbū patris vocat̄. Ex ipſa aūt nr̄a locutiōe cogno
ſcim⁹: q: p̄ꝰ vox ſonat vt verbū poſſit audiri. Iohā
nes ḡ vocem ſe aſſerit eſſe: q: verbū p̄cedit: ꝛ p eius
miniſteriū: patris verbū ab hoīb⁹ audit̄. ORIG.
Inelegāter aūt heraclion de iohāne ꝛ ,pphetis cō-
ſiderās ait: Qm̄ v̄bū q̄dē ſaluator ē: vox aūt p iohā-
nē intelligitur. Sol⁹ eni ſonus ē oīs gradus ,pphe-
tic⁹. Cui dicendū: q̄ ſi nō ſignificatiuā vocē dederit
tuba: nemo ſe accinget ad p̄liū. Si ergo nil aliud q̄s
ſon⁹ ē vox ,pphetica: quō trāſmittit nos ad illā ſal-
uatoꝛ: Scrutamini inquit ſcripturaſ. Dicit aūt iohā
nes ſe eſſe vocē non clamantē in deſerto: ſ; claman
tis: ei⁹. ſ. q̄ ſtabat ꝛ clamabat: Siquis ſitit veniat ad
me ꝛ bibat. Clamat eni vt diſtantes auditu p̄cipiāt
ꝛ grauē hn̄teſ auditū ſenti it īmēſitatē eoꝝ q̄ dicit̄:
THEO. Uel q: veritatē manifeſte annūciat: oēs
eni q̄ in lege erant obſcure loquebant̄. GRE. Ut
in deſerto iohānes clamat: q: quaſi derelicte ac de-
ſtitute iudee: ſolatiū redemptoꝛis annūciat. ORI.
Opus aūt vocis in deſerto clamātis eſt: vt aīa deo
deſtituta: ad rectā faciendā viā dn̄i reuocet̄: neq̄q̄s
prauitatē ſerpentini greſſus ,pſequēdo: ſm̄ ɔtēpla
tionē quidē ſublimatā i veritate abſq; pmixtiōe mē
dacii: ꝛ ſm̄ actionē p⁹ congruā ſpeculationē licitū;
opus referētē. vn̄ ſeqtur: Dirigite viā dn̄i ſicut dixit
iſaias ,ppheta. GRE. Uia dn̄i ad coꝛ dirigit̄: cum
veritatis ſermo humiliter auditur. Uia dn̄i ad coꝛ
dirigitur cū ad p̄ceptum vita p̄paratur.

Et qui miſſi fuerāt erāt ex phari
ſeis. Et i terrogauerūt eum: ꝛ dixe
rūt ei: Quid ergo baptizaſ ſi tu n̄ es
chriſtus neq; helias: neq; ,ppheta?
Rn̄dit eis iohānes dicēs: Ego bap
tizo i aqua: medius aūt ueſtrū ſtetit
quē uoſ neſcitis. Ipſe ē qui poſt me
uētur⁹ ē qui an̄ me fact⁹ eſt: cui⁹ ego
nō ſum dignus ut ſoluā ei⁹ coꝛrigiā
calciamenti. Hec in bethania facta
ſunt tranſ ioꝛdanem ubi erat ioban
nes baptizans.

ORI. Facta miſſione verſus ſacerdotes ꝛ leuitas:
denuo miſſum eſt a phariſeis. vn̄ dr̄: Et q̄ miſſi fue-
rant erant ex phariſeis. Quātū eni ex ipſo ſermone
coniecturari ɔtingit: dico tertiū h̄ eſſe teſtimoniū. Ui-
de tn̄ quō iuxta ſacerdotalē ꝛ leuiticā pſonā ē cum
manſuetudine ,platū illud: Tu qui es? Nihil enim
arrogans vel ,pteruū queſtione ɔtinetur: ſed cuncta
decentia veros dei miniſtros. Sed phariſei ſm̄ ſuū
nomen diuiſi ꝛ impoꝛtuni ex diſcoꝛdia cōtumelio-
ſas voces p̄tendūt baptiſte. vn̄ ſequit̄: Et dixerūt ei:
Quid ḡ baptizas? ſi tu nō es chriſt⁹ neq; helias ne-
q; ,ppheta? Non q̄ſi ſcire volentes: ſed ,phibere eū;
a baptiſmo. Deīde vo neſcio q⁹ pacto ,pni ad bapti
ſmū uenerūt ad iohānē. Hui⁹ aūt ſolutio ē: quia pha
riſei nō credētes accedūt ad baptiſma: ſed ex hypo-
criſi cū timerēt populū. CHRY. Uel ipſi iidem ſa
cerdotes ꝛ leuite ex phariſeis erāt. Et q: blanditiis
eum nō valuerūt ſupplantare: accuſationē ei inmit-
tere tētant: cogentes eū dicere qō non erat. vn̄ ſeq̄t̄:
Et interrogauerūt eū ꝛ dixerūt: Quid ḡ baptizas: ſi
tu non es chriſt⁹ neq; helias neq; ,ppheta: quaſi au
dacie videbat̄ eē baptizare: ſi chriſt⁹ nō erat: nec p̄-
curſoꝛ illius: nec preco. i. propheta. GRE. S; ſan
ctus quiſq; etiā cū pueꝛſa mente requirit a bonita-
tis ſue ſtudio non mutat̄. Unde iohānes quoq; ad
verba inuidie p̄dicamenta rn̄dit vite. vn̄ ſequit̄: Rn̄
dit eis dicens: Ego baptizo in aqua. ORI. Ad illō
enim: Quid ḡ baptizas? quid aliud afferri decebat:
niſi ,ppriū baptiſmū carnale p̄tendere? GRE. Io
hannes eni nō ſpū ſed aqua baptizat: q: pctā ſolue
re non valebat: baptizatoꝛū coꝛpoꝛa p aquā lauat:
ſed tn̄ animas p veniā non lauat. Cur ḡ baptizat: q̄
pctā p baptiſmū nō relaxat? niſi vt p̄curſiōis ſue oꝛ
dinem ſeruās. ſ. q̄ naſciturū naſcendo p̄uenerat: ba-
ptizaturū quoq; dn̄m baptizādo p̄ueniret: ꝛ q̄ p̄di
cando fact⁹ eſt p̄curſoꝛ chriſti: baptizādo etiā p̄cur-
ſoꝛ ei⁹ fieret imitatione ſacramēti: qui inter hec my
ſteriū redēptiōis noſtre annūciās: hūc in medio ho
minū ꝛ ſtetiſſe aſſerit ꝛ neſciri. Sequit̄ eni: Medi⁹
autē veſtrū ſtetit quē voſ neſcitis: quia p carnē do-
minus apparens ꝛ viſibilis extitit coꝛpoꝛe ꝛ inuiſi-
bilis maieſtate. CHRY. Hoc aūt dixit: qm̄ decēs
erat chriſtū cōmixtū eſſe populo: vt vnū multoꝛum
ſe vbiq; humilē eſſe docentē. Cum aūt dixit: Quem
vos neſcitis. Scientiā hic cognitionē certiſſimā di-
cit: puta quis eſt ꝛ vnde? AVGV. Humilis enim
nō videbat̄: ꝛ ,ppterea lucerna accenſa ē. THEO.
Uel medius erat phariſeoꝝ dn̄s: ſed ignoꝛabāt eū:
q: ipſi ſcripturas ſe ſcire putabant: ꝛ inq̄tū in illis
p̄nūciabat̄ dn̄s: medius eoꝛū erat. ſ. in coꝛdibus eo-
rum: ſed neſciebant eū: eo q̄ ſcripturas nō intellige
bant. Uel aliter: Medi⁹ quidē erat inq̄tū; media
toꝛ dei exiſtens ꝛ hominū chriſtus ieſus medi⁹ pha
riſeoꝛum extitit: volens illos deo iungere: ſed ipſi
neſciebant eū. ORIGE. Uel alit̄: Hoc edito ego
baptizo in aq̄. ad illō. Quid ḡ baptizas? Ad ſecūdū;
ſi tu non es chriſtus? p̄reconiū de precedenti chriſti

ſubſtantia ꝓponit: ꝙ tanta ſit ei virtus: ꝙ inuiſibi
lis ſit ſua deitate: cū ſit pn̄s cuilibet ⁊ totū ꝑ orbem
diffuſus: qd̄ notat̄ ex illo. Medi⁹ veſtrū ſtetit. Hic
enī ꝑ totam orbis machinā effluxit: ſic vt que crean
tur: ꝑ ipſū creent̄: oīa enī ꝑ ipſū facta ſūt. vn̄ palam
eſt ꝙ inquirentib⁹ a iohanne: Quid ḡ baptizas: ipſe
medius erat. Uel qd̄ dr̄: In medio veſtrū ſtetit: in
telligendū eſt de nobis hoībus. Cum enī ſim⁹ rōna
les: in medio noſtrū exiſtit: ex eo ꝙ p̄ncipale. ſ. cor: i
medio totius corꝑis inſitū ē. Qui ergo verbū in me
dio gerunt: non aūt cognoſcūt de illi⁹ natura: nec ō
quo fonte manauit: nec quō cōſiſtit in eis: hi verbū
in medio ſui obtinētes ignorāt: qd̄ tn̄ iohānes agno
uit. vnde exprobrādo dicit ad phariſeos: Quē vos
neſcitis. Quia expectātes phariſei chriſti aduētum:
nihil tam arduū de eo contēplabant̄: ſolū hominē
ſanctū exiſtimātes eum eſſe. Dicit aūt: Stetit. Naꝫ
ſtat pater inuariabilis exiſtēs ⁊ immutabilis. ſtat
quoqꝫ verbū ei⁹ ad ſaluandū cōtinuo: q̄muis carnem
ſuſcipiat: q̄muiſ mediū hominū ſtet inuiſibile. Ne vō
putet aliq̄s aliū eſſe inuiſibilē ad oēs hoies venien
tem: vel ad vniuerſū orbem ab eo q̄ humanat⁹ eſt ⁊
in terra cōparuit: ſubdit: Qui p⁹ me venit. hoc eſt q̄
poſt me apparitur⁹ eſt. Nō aūt idē denotat̄ hic per
hoc qd̄ dicit Poſt: ⁊ cū ieſus nos poſt ſe inuitat. Il
lic enī ſequi poſt ipſū p̄cipit̄ nobis: vt ei⁹ indagando
veſtigia: ꝑueniam⁹ ad patrē: hic aūt vt pateat: quid
ſeq̄tur ex iohānis dogmatib⁹. venit enī vt cūcti cre
dant ꝑ eū p̄parati ad ꝑfectū verbū ꝑ miſtra. Dicit ḡ:
Ipſe ē qui poſt me vēit. ¶ CHRY. Ac ſi ſi dicēt: Ne
exiſtimetis tātū in meo conſiſtere baptiſmate. ſi enī
meū baptiſma ꝑfectū eſſet: ali⁹ nō veniret poſt me:
aliud baptiſma datur⁹: ſed hec p̄patio eſt illi⁹ ⁊ trā
ſibit in ꝓximo: vt vmbra ⁊ imago: ſed oportet eū q̄
veritatē imponet venire poſt me. ſi enī hoc eſſet ꝑfe
ctum: neq̄q̄ ſecūdi loc⁹ quereret̄. Et iō ſubdit: Qui
ante me factus eſt: hic ē honorabilior ⁊ clarior.
GRE. Sic namqꝫ dr̄: Ante me fact⁹ eſt: ac ſi dicat̄:
antepoſitus ē mihi. Poſt me ḡ venit: quia poſtmo
dum nat⁹: ante me aūt fact⁹ eſt: quia mihi p̄latus.
CHRY. Ne aūt exiſtimes cōꝑabilē eē excellētiā
hanc: incomparabilitatē oñdere volens ſubiungit:
Cuius ego nō ſū dign⁹ vt ſoluā corrigiā calciamen
ti. q. d. intantū eſt ante me vt ego neqꝫ i vltimis mi
niſtroꝝ vocari dign⁹ ſim. Calciamenti enī ſoluere
vltimi miniſterij res eſt. ¶ AUG. Unde etſi dignuꝫ
ſe diceret tm̄modo corrigiā calciamēti ſoluere mul
tum ſe humiliaſſet. ¶ GRE. Uel aliter: Mos apud
veteres fuit vt ſi quis eā que ſibi cōpeteret accipe
re vxorē nollet: ille ei calciamentū ſolueret q̄ ad hāc
ſponſus iure ꝓpinquitatis veniret. Quid igit̄ inter
hoies chriſtus niſi ſancte eccleſie ſpōſus apparuit:
Recte ḡ iohannes ſe indignū eſſe ad ſoluendā cor
rigiā eius calciamēti denūciat: ac ſi apte dicat redē
ptoris veſtigia non denudare valeo: q2 ſpōſi nomē
mihi immeritus nō vſurpo. qd̄ tn̄ intelligi ⁊ alit̄ po
teſt: Quis enī neſciat ꝙ calciamenta ex mortuis ani
malib⁹ fiant. Incarnat⁹ vō dn̄s veniēs q̄ſi calciat⁹
apparuit: q̄ in diuinitate ſua morticina noſtre corru
ptionis aſſumpſit. Corrigia ḡ calciamenti ē ligatu
ra myſterij. Iohānes ḡ ſoluere corrigiā calciamēti
eius non valet: q2 incarnationis myſteriū nec ipſe

inueſtigare ſufficit: ac ſi patenter dicat: Quid mirꝫ ſi
mihi ille p̄latus ē: quē p⁹ me quidē natū conſide
ro: ſed natiuitatis ei⁹ myſteriū non cōprehendo:
ORI. Quidā vō non inepte dixit hoc ſic intelligen
dū: Non ſū ego tanti vt cauſa mei deſcendat a ma
gnalib⁹: ac carnē q̄ſi calciamētū ſuſcipiat. ¶ CHRY.
Et q2 iohannes cū decenti libertate ea q̄ de chriſto
ſūt oībus p̄dicabat: ꝓpterea euāgeliſta ⁊ locū deſi
gnat dicens: Hec in bethania facta ſūt trans iorda
nē: vbi erat iohannes baptizans. Non enī in domo
neqꝫ in angulo chriſtū p̄dicabat: ſed iordanē trāſiēſ
in media multitudine p̄ntibus oībus q̄ ab eo bapti
zabant̄. Quedā vō exemplarioꝝ certi⁹ hn̄t in betha
bora. Bethania enī non vltra iordanē: neqꝫ i deſer
to erat: ſed ꝓpe hieroſolymā. ¶ GLO. Uel due ſūt
bethanie vna trans iordanē: altera citra non lōge a
hierl'm vbi lazarus fuit ſuſcitat⁹. ¶ CHRY. Hoc au
tē ⁊ ꝓpter aliā cām deſignat: q2 enī res nō antiq̄s
narrabat: ſed ante paruū temp⁹ contingentes p̄ſen
tes: ⁊ vidētes teſtes facit eoꝝ que dicuntur: demon
ſtrationē a locis tribuens. ¶ ALCHVINVS: Be
thania vō dom⁹ obedientie interp̄tatur ꝑ quā inui
tur: q2 ꝑ obedientiā fidei omnes ad baptiſma debēt
ꝑuenire. ¶ ORI. Bethabora vō interp̄tat̄ domus
p̄parationis ⁊ cōuenit cū baptiſmo: p̄pantis dn̄o ple
bem ꝑfectā. Iordanis aūt interp̄tat̄ deſcenſus eoꝝ.
Quis aūt erit hic fluuius niſi ſaluator noſter ꝑ quē
ingredientē in hūc mūdū mūdari ꝯuenit: nō ſuū de
ſcendentē deſcenſū: ſed hūani generis: hic ſegregat
donatas a moyſe ab his q̄ ꝑ ieſū donant̄ ſortes: hu
ius riuuli letificant ciuitatē dei. Sicut aūt draco la
titat in egyptiaco fluuio: ita de⁹ in iſto. Pater enim
eſt in filio: ⁊ q̄ ꝓficiſcūtur illuc vbi ſe lauent: obpro
briū egypti deponūt ac apti ad ꝑceptionē heredita
tis parant̄: necnō a lepra mundant̄: ⁊ duplicis ca
paces ſunt gratie ac ꝓmpti fiūt ad ſuſceptionē ſp̄us
almi. In aliud flumē neq̄q̄ deſcendēti ſpiritali co
lūba. Trāſ iordanē vō iohānes baptizat ut p̄curſor
veniētis non innocētes: ſed peccatores vocare.

¶ Altera die uidit iohānes ieſū ue
niētē ad ſe: ⁊ ait: Ecce agnuſ dei: ec
ce q̄ tollit peccata mundi. Hic ē de
quo dixi: Poſt me uenit uir q̄ ante
me fact⁹ ē: q̄ prior me erat: ⁊ ego ne
ſciebā eū. Sꝫ ut māifeſtet̄ in iſrael:
ꝓpterea ueni ego in aq̄ baptizans.

¶ ORI. Poſt teſtimoniū iohannis: iā videtur ieſus
veniens ad eū non ſolū adhuc ꝑſeuerantē: ſed ⁊ ꝓ
fectiorem effectū: qd̄ ꝑ diē ſecundariā deſignat̄. vn̄ dr̄:
Altera die vidit iohannis ieſū veniētē ad ſe. Pridē
aūt ieſu mater ꝓtinus vt illū ꝯcepit ad matrē iohā
nis p̄gnantē ꝓficiſcit̄: ⁊ ꝑ vocē ꝑuenientē ad aures
eliſabeth ex maria ſalutatione exultat iohannes cō
ceptus i vtero. Hic aūt poſt iohānis teſtimonia ipſe
videt̄ a baptiſta: accedens ad eū: prius autē auditu
altioꝝ inſtruit̄ aliq̄s: ac deinde oculate inſpicit illa.
Per hoc aūt ꝙ maria ad eliſabeth venit minorem:
⁊ fili⁹ dei ad baptiſtā: ad feruorē opitulādi minorib⁹
⁊ ad modeſtiā admonemur. Uerꝫ vnde ad baptiſtā

venit ſaluator:nō hic dicitˀ:ſed ex dictis matthei col
ligimus dicentis: Tūc venit ieſus a galilea ad iorda
nem ad iohannē:vt baptizaretˀ ab eo. CHRY. Ui
aliter: Mattheus aduentū chriſti ad baptiſmū pri-
gulum eſſe abraam:egrotũ vero filiũ eiꝰ iſraeliticuz
genus debilitatum erga cultũ diuinum: ⁊ ideo inca
luit ignitis ſpiculis inimici:vt ꝓinde febrire cenſeaẗ
Apparet aũt ꝙ p̃cedentibꝰ ſanctis poſtq̃ carnis ex
uerũt amictũ populus fuit cure. vñ legiẗ in macha
beis poſt mortẽ hieremie: Hic ẽ hieremias ꝓpheta
dei:qui plurimũ orat ꝓ populo. Abraam igiẗ obſe-
erat adiuuari a ſaluatore populũ infirmuz. ⁊ quidez
p̃ſẽtis v̉bum de chana ꝓdit vbi dictum eſt: Filiꝰ tu
us viuit. Sed v̉bi efficacia in capharnaum agiẗ.naz
ibi filius reguli curatꝰ eſt quaſi in agro conſolatio-
nis morans quod ſignificat genus quoddã debiliũ
non tamẽ oĩno fructibus p̉uatorũ.illud aũt: Niſi ſi
gna ⁊ ꝓdigia vi.non cre. dictũ illi referẗ ad multitu
dinẽ filioꝝ ſuoꝝ: ⁊ ad ipſum quodammõ:ſicut eniz
iohãnes expectabat datum ſibi ſignũ.ſ.ſup quem vi
deris ſpm̃ deſcendentẽ:ſic ⁊ premortui ſancti aduẽ
tum chriſti in carnẽ ⁊ ſignis ⁊ ꝓdigijs manifeſtãduz
expectabant. Habebat aũt hic regulus nõ ſolũ filiũ
ſed etiam ſeruos p quos ſignificaẗ maneries quedã
minus bñ. ⁊ infirmita credentiũ nec a caſu hora ſepti
ma deſerit filium febris:nam ſeptenariꝰ numerꝰ eſt
quietis. ALCVI. Uel q: per ſeptiformẽ ſpiritum
eſt omnis remiſſio peccatoꝝ. Septenariꝰ enĩ in tria
⁊ quatuor diuiſus ſignificat ſanctã trinitatez in qua
tuor anni temporibꝰ:in quatuor mũdi partibus:in
quatuor elemẽtis. ORIG. Poſſunt quoq; ſignifi
cari duo aduentꝰ chriſti v̉bi ad animã:pmus quidẽ
ex facto vino prebens anime gaudiũ ſpiritualis cõ-
uiuij:ſecundus vero oẽs languoris ac mortis reliq
as amputãs. THEO. Regulus aũt eſt omnis hõ
non ſolum q: regi vniuerſoruz ꝓpinquus exiſtit ſm
aĩam:ſed quia ⁊ ipſe ſup oĩa p̃ncipatũ ſumpſit: cuꝰ
filius.i.mens febricitat voluptatibꝰ prauis ⁊ deſide-
rijs: Accedit aũt ad ieſuz ⁊ dep̃catur vt deſcendat.i.
vt cõdeſcenſu minime vtaẗ: ⁊ parcat peccatis pũſq;
a voluptatum infirmitate mortificeẗ. Sed dominꝰ
dicit: Uade.i.ꝓfectum continuũ circa bonum oſtẽ
das: ⁊ tũc filiꝰ tuus viuet. Si autẽ ambulare ceſſaue
ris mortificabiẗ tibi intellectus circa boni operatio
nem.

CAPITVLVM.V.

POſt hec erat dies feſtus iu
deorum: ⁊ aſcẽdit ieſus hie
roſolymam. Eſt autem hie
roſolymis probatica piſcina que co
gnominaẗ hebraice bethſaida quīq;
porticꝰ habẽs. In his iacebat multi
tudo magna languentium cecorum
claudorum aridorum: expectantiũ
aque motum. Angelus autem do
mini deſcendebat ſm tempus in pi
ſcinam: ⁊ mouebatur aqua. Et qui
prior deſcendiſſet in piſcinã poſt mo
tionez aque: ſanus fiebat a quacũq;
detinebatur infirmitate. Erat autẽ
quidam homo ibi triginta ⁊ octo an
nos habẽs in infirmitate ſua. Hũc
cum vidiſſet ieſus iacentez: ⁊ cogno
uiſſet quia iam multum tempus ha
beret: dicit ei: Uis ſanus fieri? Reſ
põdit ei languidus: Domine homi

nem non habeo: ut cum turbata fue
rit aqua mittat me in piſcinam. Dū
uenio enim ego: alius ante me deſcē
dit. Dicit ei ieſus: Surge: tolle gra
batum tuum ⁊ ambula. Et ſtatim
ſanus factuſ eſt homo ille: ⁊ ſuſtulit
grabatum ſuū ⁊ ambulabat. Erat
autem ſabbatū in die illo. Dicebant
ergo iudei illi q ſanatꝰ fuerat. Sab
batum eſt: nō licet tibi tollere graba
tum tuum. Reſpondit eis: Qui me
ſanum fecit ille mihi dixit: tolle gra
batum tuū ⁊ ambula. Interrogaue
runt ergo eum: Quis eſt ille homo
qui dixit tibi: tolle grabatum tuum
⁊ ambula? Is aūt qui ſanus fuerat
effectꝰ neſciebat quis eēt. Jeſus eni
declinauit a turba ꝯſtituta in loco.

AVG. de con. euā. Poſt miraculū in galilea fa
ctum: inde hieroſolymam redit. vñ dicit: Poſt hec
erat dies feſtus iudeoꝝ: ⁊ aſcēdit ieſus hieroſolymā.
CHRY. Mihi videť ꝙ erat dies feſtus pēthecoſtes:
aſcēdit aūt ieſus hieroſolymā ſemꝑ in diebus
feſtis: vt cū eis dies feſtos faciens nō videať legi ꝯ
trarius: ⁊ ob hoc multitudinē ſimplicem ꝑ ſigna ⁊ do
ctrinā attrahat: maxime enī in diebus feſtis hi qui
iuxta poſiti erant concurrebāt. Sequiť: Erat autē
hiero. ꝓ. piſci. q̄ cogno. hebꝛa. bethſa. q̄nq3 poꝛ. hñs.
ALCVI. Probaton grece ouis diciť: ꝓbatica ḡ
piſcina peculiaris diciť: vbi ſacerdotes cadauera ho
ſtiaꝝ abluebāt. CHRY. Debebat q̄dem baptiſma
dari peccata purgans: cuiꝰ imago ꝑſcripta fuit in pi
ſcina ⁊ in aliis pluribꝰ: ⁊ ꝑmū quidē dedit deꝰ aquā
expurgantē coꝛpoꝝ ſoꝛdes ⁊ inquinationes nō exi
ſtentes: ſed opinatas puta eas que a funere ⁊ que a
lepꝛa ⁊ que ab aliis talibꝰ deīde infirmitates diuer
ſas ꝑ aquas facit ſolui. vñ ſequiť: In his iace. mul.
mag. lan. ceco. clau. ⁊ ari. expe. aque mo. Volēs. n.
deꝰ ꝓpinq̄us adducē ad baptiſmi donū: non adhuc
inquinamēta ſolum mūdat. Sed etiā egritudines
ſanat: ſicut enim miniſtri qui ꝓpe regē ſunt: his qui
ſunt a longe clarioꝛes ſunt: ita ⁊ in figuris fit. Non
aūt ſimpliciter ſanabat aquarū natura: ſemꝑ. n. hoc
fieret: ſed in angeli deſcenſione. vñ ſequiť: Angelus
aūt dñi diſcē. ſm̄ tempꝰ in piſc. poſt mo. aque. Sicut
enī ⁊ in baptizatis non ſimpliciter aqua operať: ſed
cum ſpūſancti acceperit grām: tūc omnia ſoluit pec
cata. Angelus enī deſcendēs turbabat aquam: ⁊ ſa
natiuā imponebat virtutē: vt diſcant iudei quoniā
multomagis angeloꝝ dominꝰ omnes egritudines
anime ſanare pōt. ſed tūc quidē infirmitas impedi
mentū volēti curari fiebat. Subdiť enī: Et qui pꝛioꝛ
deſcē. in piſ. poſt mo. aque: ſanus fiebat a quacunq3
detinebať infirmitate. Nūc aūt vnuſquiſq3 accedē
poteſt. non enī angelus eſt qui turbat aquā: ſed an
geloꝝ dominꝰ qui oīa operať. ſed ⁊ ſi oꝛbis terrarū
vniuerſus veniat: grā non conſumiť ſed ſimilis ma
net. ſicut enī ſolares radii per vnāquāq3 illuminant
diem: ⁊ non cōſumunť: neq3 a multa largitione mi
noꝛ fit ſolis lux: ita ⁊ multo amplius ſpūſancti actō
in nullo minuiť a multitudine eoꝝ qui potiunť ea.
Hoc aūt fiebat. ſ. vt vnus tm̄ poſt motionē aque ſa
naretur: vt qui didicerāt quoniam in aqua egritudi
nes coꝛpoꝛis ſanabanť: in hoc per multū tempꝰ ex
ercitati facile crederēt ꝙ ⁊ egritudines anime aqua
ſanare poteſt. AVGV. Plus eſt autē ꝙ chriſtꝰ vi
tia ſanauit animaꝝ: q̄3 ꝙ languoꝛes coꝛpoꝝ moꝛitu
roꝛum. ſed quia ipſa anima nō eū nouerat a quo ſa
nanda erat: ⁊ oculos habebat in carne vñ facta coꝛ
poꝛalia videret: ⁊ nondū habebat in coꝛde vñ deum
latenter cognoſceret: fecit qđ videri poterat: vt ſana
retur vñ videri non poterat. Ingreſſus eſt locū vbi
iacebat multitudo languentiū: de quibꝰ elegit vnū
vt ſanaret. de quo ſubdiť: Erat autē quidam homo
ibi triginta ⁊ octo annos habēs in infirmitate ſua.
CHRY. Non autē confeſtim eum a ꝑncipio ſana
uit: ſed ꝑmum eū familiarē ſibi facit: per interrogati
onem future fidei faciens viam. Non autē expetit fi
dem vt in cecis fecit dicēs: Creditis quia poſſū hoc
facere: quia hic nōdum nouerat eū manifeſte quis
eſſet. Nam illi quidē ex aliis eius virtutē cognoſcē
tes: cōuenienter hec audierāt. Alii vero nondū eum
cognoſcētes: ſed ꝑ ſigna eū cogni turi poſt miracula
requirunť de fide. vñ ſequiť: Hūc cum vidiſſet ieſus
iacentē ⁊ cognouiſſet q2 multū iam tempꝰ haberet
dicit ei: Vis ſanuſ fieri? Nō querit vt diſcat: hoc enī
ſupfluū eſſet: ſed vt oſtenderet iſtius patientiā q̄ tri
ginta ⁊ octo annos habens: ꝑ vnūquēq3 annū eripi
ab egritudine expectās aſſidebat ⁊ non deſiſtebat.
Et vt cognoſcamꝰ ꝓpter quā cām dimittens alios
adhuc venit: ⁊ nō dicit: Vis te curabo? nōdum enī
aliquid magnū imaginabať ille de chriſto. nō autē
turbatꝰ eſt ad interrogationem neq3 dixit iniuriari
mihi veniſti: quādo interrogas ſi volo ſanꝰ fieri: ſed
manſuete reſpōdet. Sequiť enim: Reſpondit lang.
Domine hominē non habeo: vt cū tur. fu. aqua mit.
me in piſci. dum venio enī ego alius ante me deſcē.
Non nouerat quis eēt: qui interrogabat: neq3 ꝙ cu
raturus eſſet eū. Opinabať autē foꝛtaſſe vtilem ſibi
foꝛte chꝛiſtum ad mittendū eum in aquam. ſed chꝛi
ſtus oſtēdit ꝙ v̄bo omnia pōt facere. vnde ſequiť:
Dicit ei ieſus: ſurge tolle grabatum tuū ⁊ ambula.
AVGVSTI. Tria dixit: ſed Surge: non opis im
perium fuit ſed operatio ſanitatis. Sano autē duo
impauit: Tolle grabatū tuum ⁊ ambula. CHRY.
Intuere diuine ſapientie ſupabundantiā: non ſolū
ſanat: ſed ⁊ lectū poꝛtare iubet: vt credibile faceret
miraculum: ⁊ nullus exiſtimet phantaſiam eſſe qđ
factum eſt. Non enī niſi certiſſime ⁊ vehemēter cō
pacta eſſent mēbꝛa: lectulum ferre poſſet. Audiens
aūt languidus: quoniā cum ꝑtāte ⁊ velut iubēs di
xit: Surge tolle grabatū tuū. non deriſit dicens An
gelus deſcēdit: ⁊ turbat aquam: ⁊ ſolū vnum curat.
Tu autem homo exiſtēs ex ſolo pꝛecepto: ſperas te
magis angelis poſſe: ſed audiuit ⁊ non diſcredidit
ei qui iuſſit: ⁊ ſanus factus eſt. vnde ſequiť: Et ſtati

ſan⁹ factus eſt homo: ⁊ ſuſtu. graba. ſu. ⁊ ambulauit
BEDA: Multū quippe inter ſanationē domini:
⁊ que a medicis infert diſtare ꝓbatur: hec videl; vo
ce iubētis ⁊ mox implet. Illa vero ꝑ multa tempo
ris interualla aliquotiens ꝑficitur. CHRY. Igit
mirabile quidē eſt hoc: que aūt ſequent multo ma
iora erunt. nam in initio ꝗdem nullo moleſtāte ſua
deri non ita mirabile eſt: ſicut qđ poſt inſanientib⁹
iudeis ⁊ accuſantib⁹: chriſto obediuit: vt oſtēdit euā
geliſta cōſequenter dicēs: Erat autē ſabbatū in illo
die dicē. ergo iudei illi qui ſan⁹ fuerat factus: ſabba
tum eſt: non li. ti. tol. graba. tuum. AVG. Non ca
lūniabant domino: quia ſanū fecerat ſabbato quaſi
eis reſpōdere poſſet: quia ſi cuiuſꝙ iumentū in pu
teum cecidiſſet: vtiꝙ die ſabbati erueret illud ⁊ ſal
uaret: ſed qui portabat grabatum ſuum. q. d. ſi ſani
tas non erat differenda: nunquid ⁊ opus fuerat im
perandum. ſ; ille auctorem ſanitatis ſue obiiciebat
calūniatorib⁹. vñ ſequit: Reſpōdit eis: qui me ſanū
fecit: ille mihi dixit: Tolle grabatum tuū ⁊ ambula.
. q. d. quare nō acciperem iuſſionem a quo acceperā
ſanitatem. CHRY. Nimirum ſi malignari vellet
poterat dicere: Si crimē eſt accuſate eum qui iuſſit
⁊ deponam lectulū: ſed ⁊ curationē vtiꝙ occultaſ
ſet. Etenim ſciebat nō ita eos eſſe morſos ex ſabbati
ſolutione: ſicut ex īfirmitatis ſanatione. ſ; neꝙ hoc
occultauit: neꝙ veniam petiit: ſed clara voce benefi
cium cōfeſſus eſt. illi vero maligne interrogauerūt.
vnde ſubdit: Interrogauerūt ergo eū quis eſt ille
homo qui dixit tibi: Tolle grabatum tuū ⁊ ambula
Nō dicunt: Quis eſt qui fecit te ſanum: ſed in medi
um inducūt id quod tranſgreſſio eſtimabat. Sequi
tur: Is aūt qui ſanus fuerat effectus neſciebat quis
eſſet. Jeſus autē declinauit a tur. conſti. in loco. Et ꝑ
mum quidē vt eo abſente teſtimoniū inſuſpicabile
fieret. Qui enim adeptus fuerat ſanitatem idoneus
erat beneficii teſtis. demum vt nō plus faceret furo
rem illorum accendi. Solus enī viſus eius cui inui
detur: non paruam inuidentib⁹ immittit ſcintillam
ꝓpterea diſcedens: permiſit ab ipſis ſuum factū exa
minari. Quidam eſtimāt hunc paraliticum eſſe eū
qui in mattheo poſit⁹ eſt: ſed non eſt. Ille enī mul
tos habebat ſui curam habētes ⁊ eum ferentes: hic
autem nullum. Sed ⁊ locus vtrorūꝙ diuerſus eſt.
AVG. Siquidem mediocri corde ⁊ humano in
genio conſiderem⁹ hoc miraculū facientē quod ad
poteſtatē pertinet: non magnum aliquid fecit: ⁊ qđ
ad benignitatem parum fecit. Tot iacebant: ⁊ vnus
curatus eſt cū poſſet vno verbo oēs erigere: Quid
ergo intelligendū eſt: niſi quia poteſtas illa ⁊ boni
tas magis agebat quid anime in factis eius pro ſa
lute ſempiterna intelligerēt: ꝙ̄ quid ꝓ temporali ſa
lute corporis mererent. In illis enim factis quicꝙ̄d
temporaliter ſanatū eſt in membris mortalib⁹ in fi
ne deficit: anima que credidit: ad vitam eternā tran
ſitum fecit. Piſcina illa ⁊ aqua illa populum mihi
videt ſignificaſſe iudeorum. ſignificari enim popu
los nomine aquarū aperte nobis indicat apocalyp
ſis iohānis. BEDA: Bene autem piſcina proba
tica fuiſſe deſcribit. Ille enim populus ouis nomi
ne ſignificat: ſm illud pſalmi Nos populus tuus ⁊
oues gregis tui. AVGV. Aqua ergo illa. i. popu
lus ille ꝗnꝙ libris moyſi tanꝙ̄ quinꝙ porticibus
claudebat: ſ; illi libri ꝓdebāt: lāguidos ñ ſanabāt.
Lex enim peccatores conuincebat nō abſoluebat.
BEDA: Deniꝙ multa genera languentiū in ea
dem iacuerunt: ceci. ſ. qui ſcientie lumine carēt: clau
di qui ad ea que iubentur implenda vires nō hñt.
Aridi qui ſuperne dilectionis pinguedine carent.
AVGVS. Uenit aūt chriſtus ad populū iudeorū
⁊ faciēdo magna: docēdo vtilia turbauit peccatores
. i. aquā ꝑſentia ſua: ⁊ excitauit ad paſſionē ſuā: ſed
latens turbauit. Si eni; cognouiſſēt: nūꝙ̄ glie dñm
crucifixiſſent. Subito eni; videbatur aqua turbata:
⁊ a quo turbabatur non videbatur. Deſcēdere ergo
in aquam turbatam: hoc eſt humiliter credere ī do
mini paſſionē. Ibi ſanabatur vnus: ſignificans ec
cleſie vnitatem: poſtea quiſquis veniret nō ſanaba
tur: qꝛ quiſquis preter vnitatē fuerit: ſanari nō po
terit veh illis qui oderūt vnitatem: ⁊ partem ſibi fa
ciunt in hominibus. Habebat autē. xxxviii. annos
in infirmitate: qui ſanatus eſt. hic enim numerus ad
languorem pertinet magis ꝙ̄ ad ſanitatē. Quadra
genarius enim numerus ſacratus: nobis in ꝗdam
perfectione cōmendatur: qꝛ lex ī decem preceptis
data eſt ⁊ predicanda erat per totum mundum: qui
quatuor partibus commendatur. Denarius autem
per quatuor multiplicatus ad quadragenariū per
uenit. vl qꝛ per euangeliū quod quatuor libros ha
impletur lex. Si ergo quadragenarius numerus h;
perfectionem legis: ⁊ lex non impletur niſi in gemi
no precepto charitatiſ. quid miraris quia languebat
qui. xl. minus duos habebat: neceſſariuſ erat illi hō
ad ſanitatem. Sed homo ille qui ⁊ de⁹ ē: ⁊ qꝛ illum
iacentem duobus minus inuenit: quia duo quedā
iubendo qđ minus erat impleuit. In duobus enim
domini iuſſis duo ꝑcepta ſignificata ſūt charitatis.
dei dilectio prior eſt ordine precipiendi: proximi aūt
dilectio prior eſt ordine faciendi. Dicit ergo: Tolle
grabatum tuū: quaſi diceret: Cū eſſes languidus
portabat te proximus tuus. ſanus factus es: porta
proximum tuum. Dicit etiā: Ambula. Sed quo iter
agis niſi ad dominum deum tuū. BEDA: Quid
enim eſt dicere: Surge ⁊ ambula: niſi a torpore ⁊
ignauia in quibus prius iacebas erigere: ⁊ in bonis
operibus proficere ſtude. Tolle grabatum tuum. i.
proximū tuū a quo portaris ⁊ ipſe patiēter tolera.
AVGVSTINVS. Porta ergo eū cū quo am
bulas: vt ad eum peruenias cum quo manere de
ſideras. Ille autem nondum ieſum nouerat: quia ⁊
nos credimus in eum: quem non videmus: ⁊ vt nō
videat declinat a turba. Quadam ſolicitudine in
tentionis videtur deus. turba ſtrepitū habet. viſio
iſta ſecretum deſiderat.

¶ Poſtea inuenit eum ieſus in tem
plo ⁊ dixit illi: Ecce ſan⁹ factus es:
iam noli peccare: ne deteriuſ tibi ali
quid contingat. Abiit ille homo ⁊
nunciauit iudeis: qꝛ ieſus eſſet qui
fecit eum ſanum. Propterea perſe
quebantur iudei ieſum: quia hec fa

ciebat in ſabbato. Jeſus autem reſpondit eis: Pater meꝰ uſqꝫ modo operatur: ⁊ ego operoꝛ. Propterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabbatum ſed ⁊ patrem ſuum dicebat deum equalem ſe faciens deo.

CHRYSO. Curatus homo non receſſit ad nūdinas neqꝫ voluptati aut vane glorie dedit ſeipſum: ſꝫ in templo conuerſabatur: quod maxime religionis eſt ſignum. vnde dicitur: Poſtea inuenit eum ieſus in templo. AVGV. Dominus quidem ieſus ⁊ in turba eum videbat ⁊ in templo. Ille autem languidus ieſum in turba non agnoſcit: ī templo agnoſcit in loco ſacrato. ALCVI. Quia ſi gratiam conditoris cognoſcere volumꝰ: ⁊ ad eiꝰ viſionē venire: fugienda eſt turba cogitationum ⁊ affectuum prauoꝛum. Declinanda ſunt prauoꝛum conuenticula. fugiendū eſt ad templum: vt noſipſos templum dei ſtudeamus facere quos deus inuiſere ⁊ in quibuſ manere dignetur. Sequiť: Et dixit illi: ecce ſanꝰ factus es iā noli amplius peccare: ne deterius tibi aliquid contingat. CHRY. Ubi pūs diſcimus q̄ ex peccatis eius nata eſt hec egritudo. quia enim ſepius animaꝫ in nobis egrotantem inſenſibiliter habemus: coꝛpus autē ſi paruam ſuſceperit leſionem: omne facit ſtudium vt ab īfirmitate liberemur. ꝑpterea deus punit coꝛpus pꝛo his que aīa deliquit: ſecundo vero q̄ verus eſt gehenne ſermo: tertio q̄ longū eſt in finitum ſupplicium. Dicunt enim quidaꝫ: Nunquid quia in bꝛeui tempoꝛis momento adulteratus ſuꝫ: immoꝛtaliter crucioꝛ? vide q̄ hic tanto tempoꝛe ꝑ peccatis cruciabatur: non enim tempoꝛis menſura peccata iudicantur: ſed ipſa delictoꝛum natura. Cuꝫ his autēꝫ ⁊ illud diſcimus: q̄ ſi grauem ſuſtineamꝰ penam pꝛo pꝛioꝛibus peccatis: deinde in eadem inciderimus grauioꝛa patiemur: ⁊ hoc decenter. Qui enim neqꝫ ſupplicio factus eſt melioꝛ vt inſenſibilis de reliquo ⁊ contēptoꝛ: ad maius ducetur toꝛmentum. ſi autem hic non omnes pꝛo peccatis toꝛquentur: non confidamus. Nihil enim nos hic pati pꝛo peccatis ſignum eſt maioꝛis illic futuri ſupplicij: nō autem oēs egritudines ſunt ex peccatis ſed plures. Quedam enim ⁊ a pigritia fiunt: quedam ꝑpter pꝛobationem: ſicut in iob. ſed pꝛopter quid paralytico huic chꝛiſtus de peccatis mētionem facit? Quidam huic paralytico detrahentes dicūt eum chꝛiſti fuiſſe accuſatoꝛem: ⁊ ꝑpter hoc hec audiſſe. quid igitur dicent de paralytico qui eſt apud mattheum? etenim ⁊ illi dictum eſt: Dimittuntur tibi peccata tua. neqꝫ etiam chꝛiſtus hunc incuſat de preteritis: ſed ad futurum eum munit ſolum. Alios igitur curans peccatoꝛum non meminit: quia his paralyticis ex peccatis egritudines ſunt facte: alijs autem ex infirmitate naturali: vel per hos reliquos omnes admonet. Cum his autem ⁊ illud eſt dicere: quoniā multam vidit ineſſe anime huius patientiam: ⁊ vt valentem ſuſcipere admonitionem eum admonet. Tribuit autem ſignum ei pꝛopꝛie deitatis. dicendo eum: Non amplius pecces: oſtendit ſe ſcire omnia que ab eo facta erant delicta. AVGV. Nunc autem ille poſtea q̄ꝫ vidit ieſum: ⁊ cognouit eum auctoꝛem ſalutis ſue: non fuit piger in euangelizando quem viderat. vnde ſequitur: Abijt ille homo: ⁊ nūciauit eis: quia ieſus erat qui fecit eum ſanum. CHRY. Non ita inſenſibilis erat: vt poſt tātum beneficium ⁊ admonitionem maligna mente hoc dicat. Si enim detrahere vellet: ſanitatem tacens tranſgreſſionem dixiſſet: ſed hoc non fecit: non enim dixit: quoniam ieſus eſt qui dixit: Tolle grabatum tuum. quod videbať iudeis crimen eſſe: ſed dixit: Quoniam ieſus eſt qui me ſanum fecit. AVGVSTI. Sic igitur ille annunciabat: illi inſaniebant. vnde ſequitur: Propterea perſequebantur iudei ieſum: quia hoc faciebat in ſabbato. Manifeſtum enim opus coꝛpoꝛale factum erat ante oculos iudeoꝛum: nō ſanitas coꝛpoꝛis: ſed repoꝛtatio grabati: que non videbatur ita neceſſaria quemadmoduꝫ ſanitas. Aperte ergo dicat dominꝰ ſacramentum ſabbati ⁊ ſignum obſeruādi vnius diei ad tempus datum eſſe iudeis. Impletionem vero ipſam ſacramenti: in illo veniſſe cum ſequitur: Jeſus autem reſpondit eis: Pater meꝰ vſqꝫ modo operatur: ⁊ ego operoꝛ. q.d. Nolite putare quia ſabbato ita requieuit pater meus: vt ex illo non operetur: ſed ſicut ipſe nunc operatur ſine laboꝛe: operoꝛ ⁊ ego. ſed ideo dictum eſt deum requieuiſſe: q̄a iam creaturam nullaꝫ condebat: poſtq̄ꝫ perfecta ſūt omnia. quietem vero pꝛopterea appellauit ſcriptura: vt nos admoneret poſt bona opera quieturos. ⁊ ſicut deus poſtq̄ꝫ fecit hominem ad imaginem ⁊ ſimilitudinem ſuam: ⁊ perfecit omnia opera ſua bona valde requieuit ſeptimo die: ſic ⁊ tibi requiē non ſperes: niſi cum redieris ad ſimilitudinem in qua factus es: quam peccato perdidiſti: ⁊ niſi cuꝫ bona feceris operatus. AVGVSTI. quarto ſuper geneſim ad litteram: Dici ergo pꝛobabiliter poteſt ad ſeruandum ſabbatum iudeis fuiſſe pꝛeceptum in vmbꝛa futuri: que ſpiritualem requiē ſignificaret: quaꝫ deus exemplo quietis ſue: fidelibus bona opera facientibus archana ſignificatione pollicebatur. AVGVSTI. ſuper iohannem: Erit enim ſabbatuꝫ huius ſeculi cum trāſierint ſex etates quaſi ſex dies ſeculi: nunc enim ventura eſt requies que pꝛomittitur ſanctis. AVGVSTI. quarto ſuper geneſim ad litteram: Cuius etiam quietis ipſe dominꝰ ieſus myſterium ſua ſepultura confirmauit. Ipſo quippe die ſabbati requieuit in ſepulchꝛo poſtq̄ꝫ ſexto die conſummauit opera ſua quando ait: Conſummatū eſt. Quid ergo mirum ſi deus iſtum diem quo erat chꝛiſtus in ſepultura quieturus: volens etiam hoc modo pꝛenunciare ab operibus ſuis in vno die requieuit: deinceps operaturus oꝛdinem ſeculoꝛum. Poteſt etiam intelligi deum requieuiſſe a condendis generibus creature: quia vltra iam nō condidit aliqua genera noua. Deinceps autem vſqꝫ nunc ⁊ vltra operatur eoꝛundem generum adminiſtrationem que tunc inſtituta ſunt: non vt ipſo ſaltem die ſeptimo potentia eius a celi ⁊ terre omniumqꝫ rerū quas condiderat gubernatione ceſſaret: alioqn continuo dilaberentur. Creatoꝛis namqꝫ potentia cauſa eſt ſubſiſtendi omni creature: que ab eis que cre

ata ſunt regendis:ſi aliquando ceſſaret:ſimul ⁊ eoꝛ ceſſaret ſpecies omniſqꝫ natura concideret:neqꝫ eni ſicut ſtructuram edium cum fabꝛicauerit quis abſcedit: atqꝫ illo ceſſante ſtat opus eius:ita mundus vix ictu oculi ſtare poteſt ſi ei deus regimen ſuum ſubtraxerit: pꝛoinde quidem dominus ait: Pater meus vſqꝫ modo operatur: continuationem quandam operis eius que vniuerſam creaturā continet atqꝫ adminiſtret oſtendit. Aliter enim poſſet intelligi ſi diceret:Et nunc operatur:vbi non eſſet neceſſe: vt operis continuationem acciperemus. Aliter autem cogit intelligi cum ait:Uſqꝫ nūc: ex illo ſcilicet quo cuncta cum conderet operatus eſt. AVGV. ſuper iohannem: Ergo tanqꝫ diceret iudeis: Quid alias expectatis ꝑſuadetis vt non operer ſabbato Sabbati dies vobis ad ſignificationem meam pꝛeceptus eſt. opera dei attenditis: per me facta ſunt omnia.operatus eſt pater lucem: ſed dixit ut fieret: ſi dixit verbo operatus eſt:⁊ verbum eius ego ſum. Pater meus ⁊ tunc operatus eſt cum fecit mundū: ⁊ vſqꝫ nunc operatur:cum regit mundum:ergo ⁊ ꝑ me fecit cū fecit:⁊ per me regit cum regit. CHRY. Et quidem chꝛiſtus cum diſcipulos excuſare opoꝛtebat:dauid conſeruum eoꝛum in medium ferebat Quando vero de ſeipſo erat accuſatio:ad patrem refugit. Conſiderandum etiam ꝙ neqꝫ vt homo ſolum excuſat:ſed neqꝫ vt deus ſolum ſed quandoqꝫ hoc quandoqꝫ illo modo. Uolebat enim vtrunqꝫ credi ⁊ condeſcenſionis diſpenſationem ⁊ deitatis dignitatem.vnde hic equalitatem ſui ad patrem oñdit:⁊ in dicendo eum patrem ſingulariter.Dicit eni pater meus:⁊ in agendo eadem illi.Dicit eniꝫ ⁊ ego operoꝛ.vnde ſequitur: Pꝛopterea ergo magis querebant eum iudei interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabbatum:ſed ⁊ patrem ſuum dicebat deum. AVGVSTI. Non quocunqꝫ:ſed quid equalem ſe facit deo: nam omnes dicimus deo: Pater noſter qui es in celis. Legimus ⁊ iudeos dixiſſe: Cum tu ſis pater noſter.ergo non hinc iraſcebātur:quia patrem ſuum dicebat deum: ſed ꝙ longe alio modo qꝫ homines. AVGVSTI.de concoꝛdan. euāge. Dicendo enim pater meus vſqꝫ modo operatur: ⁊ ego operoꝛ ꝙ ei eſſet equalis voluit intelligi:conſequens eſſe oſtendens:vt quoniam pater operatur: ⁊ filius operetur:quia pater ſine filio non operatur CHRYSO. Si vero non naturalis eſſet filius nec eiuſdem ſubſtantie:hec excuſatio maioꝛ accuſationi eſſet. Non enim perfectus regalem legem trāſgrediens poterit effugere:ſi accuſatus ſe excuſet dicens: Quoniam ⁊ rex ſoluit legem. Sed quia par eſt dignitas filij ad patrem:pꝛopterea perfecta excuſatio eſt. ſicut igitur pater operans ſabbato abſolutus eſt a crimine:ita ⁊ filius. AVGVSTINVS: Ecce intelligunt iudei quod non intelligunt arriani Arriani quippe inequalem dicunt filium patri:⁊ inde hereſis pulſat eccleſiaꝫ. CHRYSOSTOMꝰ: Qui vero nolunt cum bona mente hoc ſuſcipere:dicunt ꝙ chꝛiſtus non fecit ſe equalem deo. ſed iudei hoc ſuſpicabātur:ſed ad hoc per ea que ſupꝛadicta ſunt ſuperueniamus. Manifeſtum eniꝫ eſt ꝙ iudei perſequebantur chꝛiſtum:⁊ ꝙ ſoluebat ſabbatum: ⁊ ꝙ dicebat patrem ſuum deum. vnde ⁊ quod conuenienter adiungitur:Equalem ſe faciens deo.adheret pꝛemiſſis in veritate. HYLARI. ſeptimo de trinitate:Expoſitio eni euangeliſte cauſam demonſtrantis cur dñm iudei interficere vellet. CHRY. Et iterum: ſi ipſe hocipſum volebat aſtruere:ſed iudei hoc inaniter ſuſpicabantur: non dimiſiſſet dñs eoꝛū mentem in erroꝛe:ſed coꝛrexiſſet: neqꝫ eni euāgeliſta hoc tacuiſſet ſicut ſupꝛa de eo quod dictum eſt: Soluite templum hoc. AVG. Non tamē iudei intellexerunt chꝛiſtum eſſe filium dei: ſed intellexerunt in verbis chꝛiſti: qꝛ talis commendaretur filius dei ꝙ equalis eſſet deo:quia ergo neſciebant: talem tamen pꝛedicari agnoſcebant. Ideo dicit: Equalem ſe faciens deo.non aūt ipſe ſe faciebat equalem:ſed ille illum genuerat equalem.

¶ Reſpondit itaqꝫ ieſus ⁊ dixit eis Amen amen dico uobiſ: non poteſt filius a ſe facere quicqꝫ:niſi quod uiderit patrem facientem. Quecunqꝫ eniꝫ ille fecerit:hec ⁊ filius ſimiliter fecit. Pater enim diligit filiū: ⁊ omnia demonſtrat ei que ipſe facit: ⁊ maioꝛa his demonſtrabit ei opera ut uos miremini

HYLA.vii.de trinitate:Ad violati ſabbati obiectum ſibi reatum dixerat: Pater meus vſqꝫ modo operatur ⁊ ego operoꝛ:vt vſurpaſſe hoc ex auctoris intelligeretur exemplis.Significans tamen hoc qđ ipſe ageret patris opus eſſe intelligendum:quia ipſe in ſe operaretur operante:⁊ rurſum aduerſum eam inuidiam ꝙ ſe deo equaſſet paterni nominis vſurpatione:volens ⁊ natiuitatem confirmare ⁊ nature virtutem pꝛofiteri:reſpondit.vnde dicitur: Reſpondit itaqꝫ ieſus ⁊ dixit eis:Amen dico vobis:non poteſt filius a ſe facere quicqꝫ niſi quod viderit patreꝫ facientem. AVG.Quidam qui chꝛiſtianos ſe haberi volunt:arriani heretici dicentes ipſum filium dei qui ſuſcepit carnem:minoꝛem eſſe qꝫ pater eſt. capiunt ex his verbis cauſam calumnie ⁊ reſpōdent nobis:Uidetis quia dominus ieſus cum aduerteret iudeos ex hoc moueri: quia patri deo equalem ſe faceret: talia verba ſubiunxit: vt ſe equalem non eſſe monſtraret.Qui enim non poteſt:inquiunt a ſe facere quicqꝫ: niſi quod viderit patrem facientem: vtiqꝫ minoꝛ eſt non equalis.Sed ſi deus erat verbum:⁊ eſt deus maioꝛ ⁊ deus minoꝛ:duos deos colimus:non vnum deum. HYLA. ſeptimo de trinitate: Ne igitur exequatio illa per nomen naturaꝫ natiuitatis que filij eſt auferet eidem: aut filium ab ſe nihil facere poſſe. AVG.Tanqꝫ diceret:Quid ſcandaliſati eſtis: quia patrem meum dixi deum:⁊ quia equalem me feci deo: ita ſum equalis: vt ille me genuerit:non vt ille a me:ſed ego ab illo ſum filius:hoc eſt eſſe quod poſſe.Quia ergo ſubſtantia filij de patre eſt:ideo potentia filij de patre eſt.quia ergo filius non eſt a ſe:ideo non poteſt a ſe.ſic ergo non poteſt filius a ſe facere quicqꝫ: niſi quod viderit patrem facienteꝫ:quia videre filij hoc eſt natum

eſſe de patre:non alia viſio eſt eius:⁊ alia ſubſtan
tia eius:totum quod eſt de patre eſt. HYLA. xij.
de trinitate: Ut autem maneret ſalutaris in patre ⁊
filio:confeſſionis noſtre ordo naturam natiuitatis
oſtendit:que poteſtatem efficiendi: non per incre
menta indultarum ad vnumquodqꝫ opus virium
ſumeret:ſed de cognitione preſumeret. preſumeret
autem non de aliquo operis corporalis exemplo:
vt quod prius pater faceret:id poſtea filius factur⁹
eſſet.ſed cum ex patre filius eſſet natus per virtutis
ac nature in ſe paterne cõſcientiam: nihil niſi qȯ pa
trem facientem vidiſſet:filium facere poſſe teſtatus
eſt.non enim corporalibus modis deus videt:ſꝫ vi
ſus ei omnis in virtute nature eſt. AVG.ij.de tri
nitate: Hoc autem ſi propterea dictum accipimus:
quia ex forma accepta ex creatura minor eſt filius:
conſequens erit vt prior pater aquas ambulauerit:
⁊ cetera que filius in carne apparens inter homĩes
fecit vt poſſit filius ea facere. quis autem vel delyr⁹
iſta ſentiat. AVGVSTI. ſuper iohannem: Ambu
latio tamen illa carnis ſupra mare a patre fiebat ꝑ
filium. Quando enim caro ambulabat ⁊ diuinitas
filii gubernabat: pater abſens non erat cum filius
dicat: Pater in me manens ipſe facit opera: cum
ergo dixiſſet: Non poteſt filius a ſe facere quicqꝫ.
Ne forte carnalis ſubriperet intellectus: vt faceret
ſibi homo quaſi duos fabros:vnum magiſtrum:al
terum diſcipulum:vt quomodo ille fecit archam:
iſte facit alteram ſecutus ait: Quecunqꝫ enim ille fe
cerit:hec ⁊ filius ſimiliter facit. Non ait: Quecunqꝫ
pater facit ⁊ filius alia ſimilia facit: ſed hec eadem
Mundum pater:mundum filius:mundum ſpirit⁹
ſanctus. Si vnus deus pater: ⁊ filius: ⁊ ſpirituſſan
ctus:vnus mundus factus a patre per filium in ſpi
rituſancto. Hec ergo eadem facit. Addidit autem:
Similiter:ne alius error in animo naſceretur. Ui
detur enim corpus hoc idem facere quod animus:
ſed non ſimiliter.anim⁹ enim imperat corpori: cor
pus viſibile eſt:animus inuiſibilis: vt faceret aliqd
ſeruus:iubente domino fecit:idem ab vtroqꝫ factũ
eſt:ſed nunquid ſimiliter? Non ergo ſic pater ⁊ fili
us:ſed hec eadem facit ⁊ ſimiliter facit:vt intelliga
mus ſimili potentia facere filium eadeꝫ ipſa que fa
cit pater. Equalis igitur eſt patri filius. HYLA.
vii.de tri. Uel aliter: Omnia ⁊ eadem ad oſtenden
dam nature virtutem locutus eſt. Eſt igitur natura
eadem:cum eadẽ omnia poſſe nature ſit. Ubi vo ſi
militer ꝑ filium omnia eadem fiũt: ſimilitudo ope
rum ſolitudinem operantis excluſit. Hec igiť ẽ ve
re fidei noſtre intelligentia:quia ſub vna hac ſignifi
catione teſtantur ⁊ ſimiliter facta natiuitatem: ⁊ ea
dem facta naturam. CHRY. Uel aliter: Totũ qȯ
dicitur: A ſeipſo non poteſt filius facere quicqꝫ: in
telligendum eſt:quia nihil contrarium patri: nihil
alienũ ab eo facere poteſt. Ideo aũt dicit: Quoniaꝫ
nihil contrarium facit:ſed quoniam non poteſt fa
cere:vt hinc oſtẽdat indiſſimilitudinem ⁊ certitudi
nem parilitatis. Non enĩ imbecillitateꝫ filii: ſꝫ mul
tam eius virtutem oſtendit hoc verbum. ſicut enim
cũ dicimus: Impoſſibile eſt deum peccare:non im
becillitatem eius accuſamus:ſed ineffabilem quan
dam virtutem eius teſtamur:ita cũ dicit filius: Nõ
poſſiꝫ a meipſo facere quicqꝫ. hoc dicit: quĩ impoſ
ſibile eſt eum facere aliquid ↄtrariũ patri. AVG.
contra ſermo.arrianorũ: Hoc aũt non deficientis ẽ
ſed in eo qꝫ de patre natus eſt ꝑmanentis: tãqꝫ lau
dabile eſt omnipotentẽ nõ poſſe mutari: qꝫ lauda
bile eſt qꝫ omnipotens non põt mori. Poteſt enim
filius facere qȯ non vidiſſet patrẽ facientẽ:ſi poſſet
facere qꝫ ꝑ illum non facit pater:hoc eſt. Si poſſet
peccare:neqꝫ nature immutabiliter bone que a pa
tre ẽ genita ↄueniret. Hoc aũt quia non poteſt:non
deficienter non põt:ſed potenter. CHRY. His au
tem que dicta ſũt atteſtatur qȯ ſeqtur: Quecũqꝫ.n.
ille fecerit hec ſimiliter ⁊ filius facit. Si enĩ ꝑ ſeipſũ
pater oĩa facit:vt hoc qȯ dicit: Similiter maneat: ⁊
filius etiã ſeipſũ facit: vides qualiter intelligentia
eſt excelſa:humilitatis aũt verba. ſi enĩ humilius ꝓ
ducit verba quedam nõ mireris. Quia eniꝫ ꝑſeque
banť eum excelſa audientes: ⁊ contrarium deo eſſe
eſtimabant:paruꝑ verba remiſit. AVG. Cũ ergo
dixiſſet ⁊ ſe eadem facere: ⁊ ſimiliter que facit pater
ſubdit: Pater enim diligit filium ⁊ oĩa demonſtrat
ei quecũqꝫ ipſe facit. ad hoc qȯ ſupra dixit: Niſi qȯ
viderit patrem facere:videtur pertinere: ⁊ qꝫ omnia
demonſtrat ei que ipſe facit. Sed rurſus mortalis
cogitatio ꝑturbatur. Dicet enĩ aliquis: Seorſum fa
cit pater vt poſſit fili⁹ videre qȯ facit:velut ſi faber
doceat filium artem ſuam: ⁊ demonſtret ei quicqd
facit:vt poſſit ⁊ ipſe facere qȯ viderit patrem faciẽ
tẽ. Cũ ꝫ pr̃ fac̃ fili⁹ nõ facit: vt poſſit vidẽ fili⁹ qȯ pr̃
fac̃. Porro ſi fixũ atqꝫ icõcuſſũ tenem⁹: quia ꝑ filiũ
omnia pater facit: añqꝫ faciat demõſtrat filio. Ubi
etiam demonſtrat filio pater quod facit:niſi in ipſo
filio ꝑ quem facit. ſi enim pater exempla faciat: ⁊ fi
lius attendat manus patris quemadmoduꝫ faciat:
vbi eſt illa inſepabilitas trinitatis? Non ergo faciẽ
do demonſtrat pater filio:ſed monſtrando facit ꝑ
filium. Uidet enim patrem filius demonſtrantem
añqꝫ aliquid fiat: ⁊ ex demonſtratione patris ⁊ vi
ſione filij fit:quod fit a patre per filiuꝫ. Sed dices
oſtendo filio meo: quod volo facere: ⁊ facit ipe at
qꝫ ego ꝑ ipſum. Sed verba dicturus es ei filio tuo:
ſed ipſe filius ẽ verbũ patris. Nunquid ergo ꝑ ver
bum loqueretur ad verbuꝫ: an qꝛ filius magnũ eſt
verbum: minora verba tranſitura erunt inter patrẽ
⁊ filiũ: ⁊ ſonus aliquis ⁊ quaſi creatura qdã tꝑalis
exitura erat ex ore patris ⁊ ꝑcuſſura aurem filij. Re
moue oĩa corꝑalia: ſimplicitatẽ vide ſi ſimplex es.
ſi nõ potes ↄꝑhendere qd ſit deus: vel hꝫ ↄprehẽde
quid nõ ſit multum ꝓficies: ſi non aliud qꝫ ſenſeris
de deo. In mẽte tua vide quod volo dicere: in qua
video memoriam ⁊ cogitationem: demonſtrat me
moria tua cogitationi tue carthaginem: ⁊ quod in
illa erat: anteqꝫ incenderes conuerſe ad ſe cogita
tioni oſtendit. Ecce facta eſt a memoria demon
ſtratio: facta eſt in cogitatione viſio ⁊ nulla verba
in medio concurrerũt. Nullum ex corpore ſignum
datum eſt: ſed tamen omnia que in memoria tenes
forinſecus accepiſti. Pater que demonſtrat filio:
non accepit extrinſec⁹ intus totũ agitur: quia nihil
creaturarũ eſſet intrinſecus niſi pater hoc feciſſet ꝑ
filium. ⁊ eã pater demonſtrando fecit: quia ꝑ filiuꝫ
videntem fecit. Sic ergo demonſtrans pater filij vi

ſionem gignit: queadmodum pater filium gignit.
Demonſtratio quippe generat viſionem: non viſio
demonſtrationem. quod ſi purius ⁊ pfectius intue/
ri valeremus: fortaſſis inueniremus nec aliud eſſe
patrem: aliud eius demõſtrationẽ: nec aliud filium
aliud eius viſionem. HYLA. vij. de trinita. Non
igitur p ignorationem credendus eſt vnigenit⁹ de⁹
doctrina demonſtrationiſ eguiſſe. demonſtatio eni
operum nihil aliud hic nobis preterq̃ natiuitatis
fidem ingerit: vt ſubſiſtentẽ filiũ ex ſubſiſtente deo
patre credamus. AVG. Uidere enim patrẽ hoc
eſt illi eſſe filium. ſic ergo demonſtrat pater omnia
que facit filio: vt a patre videat filius. Uidendo en
natus eſt: ⁊ ab eo eſt illi videre a quo eſt illi eſſe ⁊
natuꝫ eſſe ⁊ pmanere. HYLA. vij. de tri. Neq̧ aũt
incircũſpectum ſe celeſtis ſermo egit: ne forte diuer
ſe nature ſignificatio ſub occaſione dicti ambigui/
ſubriperet. Demonſtrata enim potius opera patris
eſſe ait domino q̃ ad operationẽ coꝝ naturã virtu
tis adiectam vt demonſtratio ipſa natiuitas eẽ do/
ceretur cui per dilectionem patris operũ paternoꝝ
que p eũ effici vellet: eẽt cognata cognitio. AVG.
Sed ecce quem diximus patri coeternũ videntem
patrem ⁊ videndo exiſtentem: rurſus nobis tempo
ra nominat. nam ſequit: Et maiora his demonſtra
bit ei opera. Si aũt demõſtrabit: hoc eſt demõſtra/
turus eſt nondum demonſtrauit: ⁊ tũc filio demõ
ſtraturus eſt quando ⁊ iſtis. Sequitur eni: Ut vos
miremini. Et hoc difficile eſt videre quomodo tãq̃
tẽporaliter filio coeterno aliquando monſtret eter
nus pater omnia ſcienti que ſũt apud patrem: Que
ſint aũt illa maiora facile eſt intelligere ex hoc qđ
ſubditur: Sicut enim pater ſuſci. mor. ⁊c̃. Maiora
enim opera ſunt mortuos ſuſcitare q̃ languidos ſa
nare: ſed qui paulo ante loquebatur vt deus cepit
loqui vt homo. Demonſtrabit enim quaſi tempo/
raliter homĩ facto in tẽpore opera maiora. i. reſur/
rectionem corporũ. Corpora enim reſurgent p diſ/
penſationem humanam: ſed anime reſurgent per
ſubſtantiam dei. participatione enim fit anima bea
ta: non participatione beate anime. Quomodo eniꝫ
anima que inferior deo eſt: id qđ ipſa inferius eſt:
hoc eſt corpus viuere facit: ſic eandem animam nõ
facit beate viuere: niſi ꝙ ipſa anima ſuperius eſt. ſ.
deus. vnde ⁊ prius dictum eſt ꝙ pater diligit filiuꝫ
⁊ demonſtrat ei que ipſe facit. Demonſtrat enĩ pa/
ter filio vt anime ſuſcitentur: quia per patreꝫ ⁊ filiũ
ſuſcitantur: nec poſſunt viuere niſi earũ vita ſit de⁹
vel nobis pater demonſtratur⁹ eſt non illi. propte/
rea ſubiungit: Ut vos miremini. In quo expoſuit
quid voluit dicere. Et maiora his demonſtrabit ei
opera. Sed quare non dixit: Demonſtrabit vobis:
ſed filio: quia ⁊ nos membra ſum⁹ filij: ⁊ ipſe diſcit
quodãmodo in membris ſuis: quomodo ⁊ patitur
in nobis. Sicut enim dixit: Quod vni ex minimis
meis dediſtis mihi dediſtis: ita ſi interrogetur a no
bis: Qñ eris diſcens: cum tu doceas omnia. Rñdet:
Cum vnus ex minimis meis diſcit ego diſco.

Sicut eniꝫ pater ſuſcitat mortu
os ⁊ viuificat: ſic ⁊ filius quos uult
uiuificat. Neqꝫ enim pater iudicat
queq̃ꝫ: ſed omne iudicium dedit fi
lio: ut omnes honorificent filium ſi
cut honorificant patrem. Qui non
honorificat filium: non honorificat
patrem qui miſit illum.

AVG. Quia dixerat ꝙ maiora his opa pater de/
mõſtraturus eſt filio: que ſint maiora proſequitur:
et dicit: Sicut enim pater ſuſcitat mortuos ⁊ viuifi
cat: ſic ⁊ filius quos vult viuificat. Plane maiora
ſunt iſta. valde enim plus eſt vt reſurgat mortuus
q̃ vt conualeſcat egrotus. Non aũt ſic hoc intelli/
gamus: vt alios a patre ſuſcitari: alios a filio exiſte
mus: ſed eoſdem quos pater ſuſcitat ⁊ viuificat: ip/
ſos ⁊ filius ſuſcitat ⁊ viuificat. Et ne q̇s diceret: Su
ſcitat pater mortuos p filium: ille tanq̃ potens: iſte
tanq̃ ex aliena poteſtate: tãq̃ miniſter facit aliq̇d
Poteſtatem filij ſignauit dicens: Filius quos vult
viuificat. Tenete hic non ſolum poteſtatem filij: ve
rum etiam ⁊ voluntatem. Eadem enim patris ⁊ fi/
lij poteſtas eſt ⁊ voluntas. non enim vult pater ali
ud q̃ filius: ſed ſicut illis vna ſubſtantia: ſic vna vo/
luntas ẽ. HYLA. vij. de trini. Uelle quidẽ nature
libertas eſt: que ad pfecte virtutis beatudineꝫ cum
arbitrij voluntate in libertate ſubſiſtat. AVGV.
Sed qui ſunt iſti mortui: quos viuificat pater ⁊ fili
us: Uult nobis inſinuare reſurrectionem mortuo/
rum quã omnes expectamus: nõ illam quam qui/
dam habuerunt vt ceteri crederent: reſurrexit enim
lazarus moriturus. Cũ ergo dixiſſet: Sicut enim pr̃
ſuſcitat mortuos ⁊ viuificat: ne intelligerem⁹ illam
mortuorum reſurrectionem quã fecit ad miraculũ
non ad vitam eternam ſecutus ait: Neq̧ enim pa/
ter iudicat quenq̃ ⁊c̃. vt oſtendat quia de illa reſur
rectione mortuoruꝫ dixerat que futura eſt ĩ iudicio
Uel aliter de reſurrectione animarum dictum eſt:
Sicut pater ſuſcitat mortuos ⁊c̃. De reſurrectõe au
tem corporũ ſic dicit: Neq̧ enĩ pater iudicat queq̃
⁊c̃. Reſurrectio enim animaꝝ fit p ſubſtantiam pa/
tris ⁊ filij: ⁊ ideo id ſimul opantur pater ⁊ filius. re
ſurrectio vo corpoꝝ fit p diſpenſationẽ humanita/
tis non patri coeternam. Sed vide quomodo ver/
bum chriſti mentem noſtram huc atq̧ illud ducit:
vno carnis loco remanere non ſinit: vt verſando ex
erceat: exercendo mundet: mundando capaces red
dat: capaces factos impleat. Paulo enim ante dice
bat: quia demonſtrat pater filio quicquid facit: vi/
debam quaſi patrem facientem ⁊ filiũ expectanteꝫ
modo rurſus video filiũ facientẽ patrem vacanteꝫ.
AVG. pmo de trini. Non enim qđ dicit: Omne
iudiciũ dedit filio: ſm illam locutionem dictum eſt
qua dicitur: Sic dedit filio vitam habere in ſemet
ipſo: vt ſignificaret: quia ſic filiũ genuit. Si enim ſic
diceretur: non vtiq̧ diceretur: Pater non iudicat
queq̃. ſcd̃m hoc enim ꝙ pater equalem genuit fi/
liũ iudicat cũ illo. ſm hoc ergo dictũ eſt ꝙ ĩ iudicio
nõ forma dei ſꝫ forma filij hoĩs apparebit: nõ q: nõ
iudicabit: q̇ dedit oẽ iudiciũ filio: cũ de illo dicat fi
lius: Eſt qui querat ⁊ iudicet. ſed ita dictũ eſt: Pa/
ter nõ iudicat queq̃ꝫ. ac ſi diceretur: Patrem nemo
videbit in iudicio: ſed oẽs filiũ: q: filius hoĩs eſt: vt

poſſit ⁊ ab impiꝭ videri: cū ⁊ illi videbūt in quem
pupugerunt. HYLA.vij.de tri. Uel aliter: qꝛ dixe
rat: Et filius quos vult viuificat: ne non natiuitatis
videreť in ſe habere naturā: ſed nō nate potius ptā
tis iure ſubſiſtere: cōtinuo ſubiecit: Neqꝫ eni̅ pater
iudicat queq̄ꝫ: ſed omne iudiciū dedit filio. Et in eo
ꝙ omne iudiciū datū eſt nature: natiuitas demon-
ſtratur: qꝛ ⁊ oīa habere ſola natura poſſit indiffe-
rens: neqꝫ natiuitas aliq̄d poſſit habere niſi datum
ſit. CHRY. Sicut enim dedit vitā.i.genuit eū vi-
uentem: ita dedit iudiciū.i.genuit eū iudicē. Dedit
enim: hic poſitū eſt ne hūc ingenitū ſuſpiceris neqꝫ
duos patres eſtimeſ. Dicit aūt: Omne iudiciū: quia
vīs eſt ⁊ puniendi ⁊ honorandi vt voluerit. HY-
LA.vij.de tri. Datū eē eiꝫ ei omne iudiciū: qꝛ viuifi
cat quos vult: neqꝫ adeptū patris iudiciū pōt vide-
ri cū ipſe non iudicet: qꝛ filij iudiciū ex iudicio ē pa-
terno: ab eo enim datū omne iudiciū eſt. Sed dati
iudicij cauſa non tacita ē. Sequitur eni̅: Ut omneſ
honorificēt filiū: ſicut honorificāt patrē. CHRY.
Ne eni̅ audiens qm̄ patrem habet auctorē: diſſimi
litudinem ſubſtantie eſtimes ⁊ honoris minoratio
nem: complicat honorē filij patris honori: eūdē oñ
dens eſſe honorē patris ⁊ filij. Sed nūq̄d patrē eū
dicemus? abſit. qui enim patrē eū dicit. non adhuc
filiū vt patrē honorat: ſed totū cōfundit. AVG.
Et prius quidē filius videbatur vt ſeruꝰ: pater ho-
norabaṫ vt deus: apparebit filiuſ equalis patri. Ut
omnes honorificent filiū ſicͭ ho.pa. Sed q̄d ſi inue-
niūtur qui patrē honorificant ⁊ nō honorificant fi
liū: nō pōt fieri. vn̄ ſequiť: Qui nō honorificat filiū
non ho.pa. qui miſit illū. Aliud eſt eni̅ cū tibi cōmē
datur deus: qꝛ deus ē: ⁊ aliud cū tibi cōmendatur
deus: qꝛ pater eſt. Cū tibi cōmendaṫ deus creator:
tibi cōmendaṫ oīpotens: ſpūs quidā ſummꝰ: eter-
nus: inuiſibilis: incōmutabilis. Cū vō tibi quia pa
ter ē cōmendaṫ: nihil tibi aliud q̄ꝫ filius cōmendaṫ
quia pater dici non pōt ſi filiū nō habet. Sed ſi for
te patrē quidē honorificas tanq̄ꝫ maiorē: filiū tāq̄ꝫ
minorē: ibi tollis honorē patris vbi minorē das fi-
lio. Quid eni̅ tibi aliud videtur ita ſentienti: niſi pa
ter equalem ſibi filiū generare aut noluit: aut non
potuit? Si noluit inuidit: ſi non potuit defecit. Uel
aliter: Nō dicit: Ut omnes honorificent filiū ſicut
honorificant patrē. redditum eſt reſurrectioni ani-
marum quam ſic operatur filius ſicut pater. ſed ꝓ-
pter reſurrectionem corporū ſubditur: Qui non ho
norificat filiū nō honorificat patrē qui miſit illum.
Non dixit ſic: Honoratur enim homo chriſtuſ: ſed
nō ſicut pater deus. Sed dicit aliquis: Miſſus eſt
filius: ⁊ maior eſt pater: quia miſit. Recede a carne
miſſionem audi: non ſeparationem. Res humane fal
lunt homines: res diuine purgant: quāq̄ꝫ ⁊ ipſe res
humane dicāt cōtra ſe teſtimoniū: velut ſiquis vxo
rem velit petere: ⁊ ꝑ ſe nō poſſet: amicū maiorē mit
tit: qui eam petat. Et tn̄ attende q̄ꝫ ſit aliud in rebꝰ
humanis. Nūquid enim homo pergit cū eo quem
mittit: pater aūt qui miſit filiū nō receſſit a filio cū
dicat: Non ſum ſolus quia pater mecū ē. AVG.
iii. de trini. Non autē eoipſo ꝙ de patre natus eſt:
miſſus dicitur filiꝰ: ſed uel eo ꝙ apparuit huic mū-
do: verbum caro factū. vnde dicit: A patre exiui ⁊
veni in hūc mūdum. Uel eo ꝙ ex tempore cuiuſq̄ꝫ
mente ꝑcipitur ſicut dictum eſt: Mitte illaꝫ vt me-
cum ſit: ⁊ mecum laboret. HYLA.vij.de trini. Cō
cluſa igitur ſūt omnia aduerſum heretici furoris in
genia. Filius eſt: quia a ſe nil facit. Deꝰ eſt: qꝛ que-
cunqꝫ pater facit: ⁊ ipſe eadem facit: vnū ſunt: quia
exequanť in honore. Non eſt pr̄ ipe: qꝛ miſſus eſt.

¶ Amen amē dico uobis: quia qui
uerbum meuꝫ audit: et credit ei qui
miſit me: habet uitam eternam. Et
in iudicium non uenit: ſed tranſiet a
morte in uitam.

GLO. Quia dixerat ꝙ filius quos vult viuificat:
conſequenter oñdit qualiter ꝑ filiū ꝑueniaṫ ad vi-
tam dicens: Amen amen dico vobis: qꝛ qui verbuꝫ
meū audit ⁊ credit ei qui miſit me: habet vitaꝫ eter-
nam. AVG. Quādoquidē in audiendo ⁊ crenen
do vita eterna eſt: multomagis in intellligēdo. Sꝫ
gradus pietatis eſt fides: fidei fructus intellectus.
Et non dixit mihi: Sed credit ei q̄ miſit me. Quare
verbum audit tuū: ⁊ credit alteri quid voluit dice-
re: niſi q̄a verbuꝫ eius eſt in me? Et quid eſt? Audit
verbum meū: non audit me? Credit autē ei q̄ miſit
me: qꝛ cū illi credit verbo eiꝰ credit: mihi credit: q̄a
vbū pr̄is ego ſū. CHRY. Uel nō dixit: Qui audit
ſermones meos ⁊ credit mihi. eſtimaſſent eni̅ hͦ eē
tumorē ⁊ gloriationē verboꝝ ſupfluā. Dicēs autē:
Credit ei q̄ miſit me: ſuſceptibilē faciebat ſuū ſmo
nem. Ex duobus eni̅ ſuū ſermonē ſuſceptibilē facit
⁊ in hoc ꝙ patri creditur ab eo q̄ ipſum audit: ⁊ in
hoc ꝙ multis bonis potieṫ. vnde ſequitur: Et iudi-
cium nō venit. AVG. Sed quis eſt hic? Erit q̄ſq̄ꝫ
paulo apoſtolo melior q̄ ait: Oportet nos exhiberi
omnes ante tribunal chriſti. Aliqn̄ g̃ iudiciuꝫ pena
dicitur: aliqn̄ iudiciū diſcretio diciť: Ergo ſm̄ iudi-
ciū diſcretionis oportet nos omnes exhiberi an̄ tri
bunal chriſti. Scd̄m iudiciū damnationis hic diciť
In iudiciū non veniet.i.non veniet in dānationem
Sequitur: Sed trāſit a morte in vitā. Non nūc trā-
ſit: ſed iam trāſijt a morte infidelitatis ad vitā fidei
a morte iniquitatis ad vitā iuſticie. Uel aliter: Ne
putares credēdo te non moriturꝫ ſm̄ carnē: ſcias te
mortem q̄ꝫ debes ſupplicio adam ꝓſoluturū. Acce
pit enim ille in quo tūc omnes fuimus morte mo-
rieris. Nec potes euadere diuinā ſn̄iaꝫ. Sꝫ cū ꝓſol
ueris mortē veteris hoīs: ſuſcipies vitā noui hoīs:
⁊ tranſitū facies de morte ad vitam. Ad quaꝫ vitā?
ad eternaꝫ. Reſurrectionē eni̅ in fine ſeculi mortui
in vitam eternā tranſibunt. vita enim iſta nec vita
nominanda ē: quia nō eſt vera vita niſi q̄ eſt eterna.
AVGVSTI. de verbi. do. Uidemus aūt homīes
amatores p̄ntis vite: tp̄alis ac finiende: ſic ꝓ illa la-
borare: vt qn̄ veniat mortis metꝰ: quicq̄d p̄nt faci-
ant: non vt auferant: ſed vt differant mortem. Si g̃
tāto labore: tanta cura agitur: vt aliquātulū viuaṫ:
quō agēdū ē vt ſp viuaṫ? Etſi prudētes diciť: q̄ oī-
bus modis agūt: vt differāt mortē ⁊ viuāt paucos
dies: q̄ꝫ ſtulti ſūt q̄ ſic viuūt vt ꝑdant eternuꝫ diem.

¶ Amen amen dico uobiſ: quia ne

nit hoꝛa ⁊ nunc eſt quando moꝛtui audient uocem filij dei: ⁊ qui audierint uiuent. Sicut enim pater habꝫ uitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio habere uitam in ſemetipſo.

AVG. Poſſet aliquis dicere: Ex patre aliquis viuificatur cui credit: quid tu nos viuificas? vide q̄ꝫ ⁊ filius quos vult viuificauit. vnde dicit: Amē amē dico vobis: quia venit hoꝛa ⁊ nūc eſt quando moꝛtui audient vocem filij dei: ⁊ qui audierint viuent. CHRY. Cum aūt dicat: Uenit hoꝛa: ne foꝛte longum ſuſpiceris temp⁹ addidit: Et nunc ē. Sicut enī in reſurrectione futura vocē audientes ꝑcipientes ſuſcitabimur: ita ⁊ tunc fit. THEO. Hoc enī dixit ꝓ his quos a moꝛtuis ſuſcitaturus fuit. ſ. filia archiſynagogi: filio vidue ⁊ lazaro. AVG. Uel aliter: Ne foꝛte q2 dixit: Tranſit de moꝛte ad vitam: intelligamus hoc in futura reſurrectiōe: oñdere volens quō tranſit qui credit ſubiungit: Amē amē dico vobis: q2 venit hoꝛa. que hoꝛa? Et nūc eſt: qñ moꝛtui audient vocem filij dei: ⁊ q̄ audierint viuēt. Nō inquit: Quia viuūt audiūt: ſed audiendo reuiuiſcunt. Quid eſt enī Audient? niſi obediēt. Qui enī credūt ⁊ ſm verā fidē agunt: viuūt ⁊ moꝛtui nō ſunt. Qui aūt vel nō credūt vel credūt male viuentes: ⁊ charitatem non habētes: moꝛtui potius deputādi ſunt: ⁊ tamē adhuc agitur hoꝛa iſta ⁊ vſq3 ad finē ſeculi ipſa hoꝛa vna agitur: vt iohānes dicit: Nouiſſima hoꝛa eſt. AVG. de ver. do. Quando moꝛtui. i. infideles Audient vocē filij dei. i. euangeliū. Et q̄ audierint. i. qui obedierint Uiuent. i. iuſtificabunť: ⁊ infideles iam non erūt. AVG. ſuper Jo. Sed queret aliquis: Habet fili⁹ vitam vnde viuant credentes? Audi ipſum dicentē: Sicut enim habet pater vitam in ſemetipſo: ſic dedit ⁊ filio habere vitā in ſemetipſo. viuere quippe ſuū in illo ē nō aliūde: nō alienū eſt: non quaſi ꝑticeps ſit vite: que non ē qđ ipſe: ſed habet vitā ī ſemetipſo: vt ipſa vita ſibi ſit ipſe. Quid tu? anima moꝛtua eras. Audi patrē ꝑ filiū: Surge vt in eo recipias vitā quā nō habes in te. Qui habꝫ vitam ī ſemetipſo. ⁊ ſic agitur ꝑ̄ma reſurrectio. Hec enī vita q̄ pater ⁊ filius eſt: ad aīam ꝑtinet. Nō. n. vitam illā ſapientie ſentit coꝛpus: ſed mēs rōnalis. HYLA. in li. de ſynodiſ: Concluſi quidē heretici ſcripturarū auctoꝛitaritatib⁹: hoc ſolū tribuere ſolent filio: vt patri tm̄ virtute ſimilis ſit. tollūt aūt ei ſimilitudinem nature non intelligentes: nō niſi ex nature ſimilitudine ſimilitudinē eſſe virtutis. neq3 enī aliquādo īferioꝛ natura ſupioꝛis a ſe potioꝛiſq3 nature virtutē conſequiť. Nō aūt pōt negari q̄n filius dei idem poſſit cū dixerit: Quecūq3 pater facit eadem ⁊ filius facit ſimiliter. ſed ſilitudini v̄tutis nature ſimilitudo ſuccedit cū dixit: Sicut habet pr̄ vitam in ſemetipſo: ita ⁊ filio dedit habere vitā ī ſemetipſo. In vita nature ⁊ eſſentie ſignificatio eſt: q̄ ſicut habeť: ita data eſſe docetur ad habendū. Nō enī in vtroq3 vita eſt: id in vtroq3 ſignificať eſſentia ⁊ vita que gigniť ex vita. i. eſſentia que de eſſentia naſciť: dum non diſſimilis naſciť. ſ. quia vita ex vita eſt tenet in ſe oꝛiginis ſue indiſſimilē naturam. AVG. xv. de trini. Intelligitur aūt pater non ſine vita exiſtenti iam filio vitā dediſſe: ſed ita eū ſine tēpoꝛe genuiſſe: vt vita quā pater filio gignēdo dedit coeterna ſit vite ei⁹ qui dedit. HYLA. vij. de trini. Qđ enim ex viuo viuū natū eſt: habet natiuitatis ꝑfectionē ſine nouitate nature. non enī nouū ē qđ ex viuo generať in viuū: q2 nec ex nihilo ad natiuitatē vita q̄ſita ē. ⁊ vita que natiuitatē ſumit ex vita: neceſſe ē ꝑ nature vnitatē ⁊ ꝑfecte natiuitatis ſacramentū: vt in viuente viuat ⁊ in ſe habeat vitā viuentem. Et quidē nature humane infirmitas ex diſparibus comparatur: ⁊ ex inanimatis cōtineť ad vitam: nec ſtatim in ea qđ gignitur viuit: neq3 totū viuit ex vita: cum in ea multa ſint que ſine nature ſenſu cū excreuerint deſiccenť. In deo v̄o totū quod eſt viuit. Deus enī vita ē: ⁊ ex vita nō pōt quicq̄3 eſſe niſi viuū. AVG. Ergo quod diciť: Dedit filio: tale ē ac ſi diceretur: Genuit filiū. generando enī dedit. Quō dedit vt eſſet? ſic dedit vt vita eſſet in ſemetipſo: vt non aliūde vita indigeret: ſed ip̄e eſſet plenitudo vite: vnde credentes alij viuerent dum viuerēt. Quid intereſt? quia ille dedit: iſte accepit. CHRYSO. Uides indiſſimilitudinē in vno ſolo differentiā oſtendentem in eſſendo: hunc quidem patrem: illū v̄o filiū. HYLA. de ſyno. Diſcernitur enī ꝑſona accipiētis ⁊ dantis. Nō enim poteſt intelligi ipſe atq3 vn⁹ a ſe accepiſſe qui dederit: quia alius eſt ibi viuens: alius ꝓfitens ſe viuere ꝑ auctoꝛem.

Et poteſtatem dedit ei iudiciū facere: quia filius hominiſ eſt. Nolite mirari hoc: quia uenit hoꝛa in q̄ omnes qui in monumentis ſūt audient uocem filij dei: ⁊ ꝓcedent qui bona fecerunt in reſurrectionem uite: qui uero mala egerunt: in reſurrectionem iudicij.

THEO. Non ſolū pater dedit filio q̄ viuificet: ſ3 etiā q̄ iudiciū faciat. vn̄ dicit: Et p̄tātem dedit ei iudiciū facere. CHRY. Cui⁹ aūt gratia circa hoc cōtinue vertiť iudiciū dico ⁊ reſurrectionē ⁊ vitā: qm̄ hec maxime omniū ſūt que introducere p̄nt: ⁊ inflexibilē facere auditoꝛē. Qui enī ꝑſuaſus ē qm̄ reſurget: ⁊ filio dabit noxas eoꝝ q̄ deliquit. ⁊ ſi nihil aliud viderit ſignum: hoc ſuſcipiēs curret: benignū ſibi iudicem faciens. Sequitur: Quia filius hominis eſt: nolite mirari hoc. Paulus quidē ſamoſetanus non ita ait: ſed ſic: Dedit ei p̄tātē iudiciū facere: q2 fili⁹ hoīs ē. S3 nullā ɔueniētiā habet h̄ dictū ita: Nō enī ꝓpterea ſuſcepit iudiciū q2 hō ē: q2 quis ꝓhibet omnes hoīes eſſe iudices: ſed quia ineffabilis dei filius eſt: propterea ⁊ iudex eſt. Ita igitur legendum: Quia filius hominiſ eſt: nolite mirari hoc. Quia enim videbať audientib⁹ obſtare his que dicebanť: quoniā nihil plus eſtimabāt eē chriſtū q̄3 purum hominē. que v̄o dicebanť erant maioꝛa q̄3 ſm hominem: ⁊ etiam q̄3 ſm angelum: ⁊ erāt ſoli⁹ dei. ideo hāc opinionē ſoluēs dixit: Ne miremi q2

filius hominis eſt. ⁊ ſubdit cauſam quare nõ ſit mi
randum dicẽs: Quia venit hora in qua omnes qui
in monumentis ſunt audient vocem filij dei. Et cu-
ius gratia nõ dixit: Ne miremini quia filius homi-
nis ē: etenim ⁊ ipſe filius dei eſt. Si reſurrectionẽ
poſuit: quia. ſ. opus dicens quod dei propriũ erat:
dat audientibus ex eo ſyllogizare de reliquo quo-
niã deus erat ⁊ dei filius. Etenim qui argumẽta cõ
plicant: cum partes ponẽtes nobiliter demonſtra-
uerint: quod queritur multotiens non inducũt ipſi
concluſionem: ſed clariorẽ faciẽtes victoriã: dimit-
tunt illi qui contradicit: vt pro eis ſententiam ferat
Igitur ei⁹ quidem que ſm̃ lazarũ reſurrectionis ſu
pra reminiſcens de iudicio tacuit. non enĩ ꝓpter iu
diciũ ſurrexit lazarus. Uniuerſalẽ vo reſurrectionẽ
inducens iudiciũ poſuit. vnde ſequitur: Et ꝓcedent
q̇ bona fecerũt in reſurrectionẽ vite: q̇ vo mala ege
runt: in reſurrectionem iudicij. Quia enĩ ſupra dixe
rat: Qui audit ſermonẽ meũ ⁊ credit ei qui miſit me
in iudiciũ non venit: vt non eſtimet quis ꝙ credere
ſufficit ad ſalutẽ adiecit hic ⁊ de vita: dum dicit: Et
qui bona egerunt ⁊ qui mala egerũt. AVG. Uel
aliter: Ingenitũ erat verbũ in principio apud deũ: de
dit ei vitã habere in ſemetipſo: ſed quia verbũ caro
factũ eſt ex virgine maria: homo factus filius hoĩs
eſt. Et quia filius hominis ē: accepit poteſtatẽ iudi-
ciũ facere: q̇ð. ſ. erit in fine ſeculi. Et ibi erit reſurre-
ctio corpoꝝ mortuorũ. Animas ergo ſuſcitat deus
ꝑ chriſtum filiũ dei: corpora ſuſcitat ꝑ eundẽ filiũ
hominis. vnde additur: Quia filius hominis ē. Nã
ſm̃ ꝙ dei filius ē ſemꝑ habuit. AVG. de ver. do.
Ad iudiciũ enim forma hominis ventura ē: forma
illa iudicabit que iudicata ē. ſedebit iudex qui ſta-
bat ſub iudice. Damnabit veros reos: qui factus eſt
falſo reus. rectũ enim erat vt iudicandi viderent iu
dicem: iudicandi aũt erãt boni ⁊ mali: reſtabat vt ĩ
iudicio forma ſerui ⁊ bonis ⁊ malis oſtenderetur:
forma dei ſolis bonis ſeruaretur. Beati enĩ mũdo
corde quoniã ipſi deum videbũt. AVG. Omnes
aũt q̇ inſtituerũt alicui⁹ etiam falſe religionis ſectã
negare reſurrectionẽ mentiũ nõ potuerũt: ſed mul
ti carnis reſurrectionẽ negauerũt: ⁊ niſi tu dñe ieſu
dixeris eam: quid opponem⁹ cõtradictoribus? Ad
ipſam igiẜ oñdendã ſubdit: Nolite mirari hoc. ſ. ꝙ
dedit ꝑtãtem filio hoĩs iudiciũ faciendi: quia venit
hora. AVG. de verbis do. Hic non addit: Et nũc
eſt: quia iſta hora ĩ fine ſeculi erit: Nolite inquã mi
rari quia dixi: Oportet homĩes ab homine iudicari
ſꝫ quos homines? non ſolũ quos inueniet viuos.
vnde ſequitur: Quia venit hora in qua omnes qui ĩ
monumentis ſunt. AVG. ſuꝑ Io. Quid euidenti
us? corpora ſunt in monumentis non anime. Su-
perius etiam cum diceret: Uenit hora. ⁊ adderet:
Et nunc eſt. ſubiecit quãdo mortui audient vocem
filij dei. Non dixit: Omnes mortui. mortuos enim
iniquos voluit intelligi: ſed non omnes iniqui obe
diunt euangelio. At vero in fine omnes qui ſunt in
monumentis audient vocem eius ⁊ procedent: no-
luit dicere: Et viuent. quod ſupra dixit: vbi vitã eter
nam intelligi voluit ⁊ beatam quã non omnes ha
bebunt qui de monumementis ꝓcedent. Accepiſti
certe poteſtatem iudicandi: quia filius hominis es

Reſurgent corpa de ipſo iudicio: dic aliquid: ⁊ hoc
audite. Qui bona fecerũt in reſurrectionẽ vite viue
re. ſ. cũ angelis dei. Qui male egerũt: in reſurrectio-
nem iudicij: hic iudiciũ pro pena poſuit.

**Non poſſum ego a meipſo face
re quicq̃ꝫ. Sicut audio iudico: ⁊ iu
dicium meum iuſtum eſt: quia non
quero uoluntatem meam: ſed uolũ
tatem eius qui miſit me patris.**

AVG. Dicturi eram⁹ chriſto: Tu iudicabis: ⁊ pa-
ter non iudicabit: nonne ergo ſm̃ patrẽ iudicabis?
Et iõ adiecit: Non poſſum ego a me facere quicq̃ꝫ.
CHRY. Hoc eſt: non extraneũ neqꝫ diſſimile his
que vult pater: a me fieri videbitis: ſed ſicut audio
iudico. In quo nihil aliud oſtendit q̃ꝫ quoniã im-
poſſibile eſt eũ aliquid aliud velle q̃ꝫ q̇ð pater vult
hoc eſt ita iudico ac ſi ipſe pater eſſet q̇ iudicaret.
AVG. Cum ageretur de reſurrectione animarum
non dicebat Audio: ſed Uideo: audio enim nũc di-
cit tanq̃ꝫ precipientis patris imperiũ. Iam ergo ſi-
cut homo loquitur quo maior eſt pater. AVG.
in ſer. contra arrianos: Uel aliter dicit filius: Sicut
audio iudico: ſiue ex humana ſubiectione: quia fili
us hoĩs eſt: ſiue ſm̃ illam incõmutabilem: ſimpli-
cemqꝫ naturam que ſic eſt filij: vt tamẽ ei de patre
ſit. In qua natura non eſt aliud audire: aliud vi-
dere: aliud eſſe. Unde ab illo eſt ei audire ⁊ videre
a quo illi eſt ipſum eſſe: ⁊ ideo ſicut audit iudicat:
quia ſicut genitũ eſt verbũ: vt idẽ verbũ ſit veritas:
ita ſm̃ veritatem iudicat. Sequitur: Et iudiciũ me-
um iuſtum ē. quia non quero voluntatẽ meam: ſꝫ
voluntatẽ eius qui miſit me patris. Hoc enim di-
cens ad illũ hominẽ voluit referre intentionẽ no-
ſtram: qui voluntatẽ ſuam querẽdo nõ eius a quo
factus ē: nõ habuit iuſtũ iudiciũ de ſeipſo: ſed iuſtũ
iudiciũ habitũ eſt de ipſo. Ipſe quippe faciens vo-
luntatem ſuã: non dei moriturum ſe eſſe nõ credit.
ſed ⁊ hoc iudicium eiuſ iuſtũ non fuit. Deniqꝫ fecit
⁊ mortuus ē: q2 iudiciũ dei iuſtum ē: quod iudiciũ
facit dei filius: non querendo voluntatem ſuã: cũ
ſit etiam hominis filius: non quia ipſius in iudican
do nulla voluntas eſt: ſed quia non ita eſt volũtas
eius ꝓpria vt ſit a volũtate patris aliena. AVG.
ſuper iohannẽ: Non q̊ quero voluntatem meã ꝓ-
priam. i. filij hoĩs que reſiſtat deo. faciũt enim ho-
mines voluntatem ſuam: non dei quando faciunt
quod volũt: non q̇ð iubet deus. Quãdo aũt ita fa-
ciũt: quod volũt: vt tñ ſequanẜ voluntatem dei: nõ
faciunt voluntatem ſuam. Uel ideo dicit fili⁹: Nõ
quero voluntatem meam. quia chriſtus non ē de
ſe: ſed de patre ſuo eſt. CHRY. Oſtendit enim nõ
aliam eſſe patris voluntatem ꝑter ſuam: ſꝫ vnam
vtriuſqꝫ. Si vo humanius hoc loquitur ne mireriſ.
hoĩem enĩ puꝝ adhuc eũ eſtimabãt. Inde igiẜ ſuũ
iudiciũ iuſtũ eſſe dixit vñ q̇libet ali⁹ excuſans dixiſ-
ſet. q̇ enĩ ſua vult ſtatuere in ſuſpitionẽ deueniet de
corruptõe iuſticie. q̇ vo nõ ſuis initiẜ: quã occaſiõꝫ
habebit vt iuſticia iudicet. AVGV. Filius vni-
cus dicit: non quero voluntatẽ meam: ⁊ homines
volunt facere voluntatem ſuam. Faciamus ergo

voluntatē patris:chriſti:ꝛ ſpirituſſancti: quia horū
vna volūtas:vna poteſtas:vna maieſtas eſt.
¶ Si ego teſtimoniū ꝑhibeo de me
ipſo:teſtimoniū meuȝ non eſt ueꝝ.
Alius eſt qui teſtimoiuȝ ꝑhibet de
me:ꝛ ſcio quia uerū eſt teſtimoniuȝ
eius quod perhibet de me. Uoſ mi
ſiſtis ad iohannem : ꝛ teſtimoniū ꝑ
hibuit ueritati. Ego autē nō ab ho
mine teſtimoniū accipio : ſed hec di
co ut uos ſalui ſitis. Ille erat lucer
na ardens ꝛ lucens. Uos auteȝ no
luiſtis ad horam exultare i luce ei⁹.
Ego autē habeo teſtimoniū maius
iohanne. Opera enī que dedit mihi
pater ut perficiam ea : ipſa opera q̄
ego facio teſtimouiū ꝑhibēt de me:
quia pater miſit me. Et q miſit me
pater ipſe teſtimoniū ꝑhibuit d̄ me.
Neqȝ uocem eius unq̄ȝ audiſtis :
neqȝ ſpeciem eius uidiſtis. Et uer
bum eius non habetis in uobis ma
nens:quia quem miſit ille: huic uoſ
nō creditis. Scrutami ſcripturas:
quia uos putatiſ in ipſis uitam eter
nam habere. Et ille ſunt que teſti
moniuȝ ꝑhibent de me:ꝛ nō uultis
uenire ad me ut uitam habeatis.
IOHANNES CHRY. Quia chriſtus magna
de ſe enunciauerat:quorum demonſtratio nō erat
dicta ad cōfirmationem eorum que dicta ſunt:op-
poſitionem eorum inducit dicens:Si ego teſtimo-
niū perhibeo de me: teſtimoniū meū non eſt verū.
Quis autem non ſtatim turbabitur:chriſtū audiēs
hoc docentem? Etenim in multis locis apparet ſi-
biipſi teſtatus.Si igitur oīa hec falſa ſunt que no-
bis erit ſpes ſalutis? Unde veritatē inueniemus ?
cum ipſa veritas dicat:Teſtimoniū meū non ē ve-
rum. Hoc igitur quod dicit : Non eſt verum: non
q̄ȝtum ad dignitatem ſuam: ſed q̄ȝtum ad illorum
ſuſpitionem loquebatur. Poterant enī ei iudei ſub
inferre: quoniā tibi non credimus. Null⁹ enī unq̄ȝ
ſibi teſtans dignus eſt fide.Deinde poſt oppoſitio
nem alias dat reſponſiones manifeſtas ꝛ irrefraga
biles:tres inducens teſtes eoꝝ que dicta ſunt:ope-
ra que ab ipſo ſunt facta: patris teſtimoniū ꝛ iohā
nis predicationē:ꝛ ponit priorē minorē:eam.ſ.que
iohannis.vnde dicit:Alius eſt qui teſtimoniū ꝑhi-
bet de me:ꝛ ſcio quoniā verū ē teſtimoniuȝ ei⁹ qd̄
ꝑhi.de me. AVG. Noluerat enī ipſe veruȝ eſſe de
ſe teſtimoniū ſuū:ſed ꝓpter infirmos ꝛ ꝓpter incre
dulos querebat ſol lucernas:fulgorē quippe ſolis
lippitudo eorū ferre non peterat:ideo queſitus eſt
iohannes qui teſtimoniū perhiberet veritati. Mar
tyres nonne teſtes ſunt chriſti:vt teſtimoniū perhi
beant veritati. Sed ſi diligentius inſpicimus: quā-
do martyres perhibent illi teſtimoniū:ipſe ſibi ꝑhi
bet teſtimoniū. Ipſe enim habitat in martyribus:
vt ꝑhibeant teſtimoniū veritati. ALCVI. Ut ali
ter:Quia chriſtus deus erat ꝛ homo:vtriuſq̄ȝ natu
re ꝓprietatē oſtendit:aliquādo loquēs ſm̄ hoc qd̄
ex hoīb⁹ aſſūpſit:aliquādo ſm̄ maieſtatē diuinita-
tis. Quod ergo ait : Si ego teſtimonium ꝑhi.ꝛc̄.ex
parte humanitatis eſt accipiendum.ꝛ ē ſenſus: Si
ego homo de me perhibeo teſtimoniū.ſ. abſq̄ȝ deo
teſtimoniū meū non eſt verū.vnde ſequitur: Alius
eſt qui teſtimoniū ꝑhibet de me. Pater enī teſtimo
niū ꝑhibet chriſto:quia in baptiſmo vox patris au-
dita eſt:ꝛ in monte tranſfigurato chriſto. Sequit̄ :
Et ſcio quia verum eſt teſtimoniū eius. Deus enim
veritas eſt:ergo teſtimoniū veritatis quid aliud po
teſt eſſe q̄ȝ verum? CHRY. Sed ſm̄ priorē intel-
lectū poſſent illi dicere:Si non ē verū teſtimoniuȝ
tuū:quō dicis quoniā noui ꝙ veruȝ eſt teſtimoniū
iohannis?vnde ad eorū ſuſpicionē reſpōdet dicēs:
Uos miſiſtis ad iohannē ꝛ teſtimo.perhi. veritati.
q.d. Non miſiſſetis ad iohannē ſi eum dignuȝ fide
non opinaremini.Et quod vtiq̄ȝ maius ē:non miſe
runt ad eū interrogādū de chriſto:ſed de ipſo. Qui
enim miſſi ſunt nō dixerūt:Quid dicis de chriſto ?
ſed Tu quis es? quid dicis de teipſo ? ita magnam
de hoīe admirationem habebant. AVGVI. Ille
autē teſtimoniū ꝑhibuit:non ſibi ſed veritati : ſicut
amicus veritatis veritati chriſto teſtimoniū ꝑhibu
it. Non aūt dn̄s refellit teſtimoniū iohannis quod
vere neceſſariū fuit:ſed oſtēdit non ita debere ho-
mines in iohānē intendere:vt iam nō putēt ſolum
chriſtū ſibi eſſe neceſſariū.vn̄ ſubdit: Ego auteȝ nō
ab ho.teſti.acci. BEDA:Quia nō indigeo. Iohā
nes aūt etſi teſtimoniū ꝑhibuit: non tn̄ vt chriſtus
creſceret:ſed vt hoīes ad ipſius cognitionē ꝓmoue
ret. CHRY. Teſtimoniū etiam iohannis dei teſti
moniū erat:ab illo enim diſcens dixit qd̄ dixit. ſed
ne dicant:Unde manifeſtuȝ eſt ꝙ a deo didicit qd̄
didicit?ſuſpitionē correxit dicēs: Sed hoc dico vt
vos ſalui ſitis.quaſi diceret:Ego q̄dē deus exiſtēs
nō indigebā hm̄ōi teſtimonio hūmano: quia vo ei
magis attenditis ꝛ eū magis oībus fidedignū puta
tis:mihi aūt neq̄ȝ miracula faciēti crediditis : ꝓpter
hoc vobis cōmemoro teſtimoniū illi⁹.vt enī nō di
cāt:Quid igit̄ ſi ille dixit: Nos aūt non ſuſcepim⁹?
oñdit qm̄ non acceptauerūt que ab eo dicta ſūt.vn̄
ſequit̄: Ille erat lucerna ardēs ꝛ lu.vos aūt no.ad
ho.exul.in lu.eius. Hoc autē qd̄ dicit: Ad horam:
facilitatem credendi oſtendit.ꝛ q̄ȝcito ab eo reſilie
rūt:qd̄ ſi non feciſſent:cito eos ad ieſum manudu-
xiſſet.vocando autem eum lucernam:oſtendit qm̄
non ex ſe habebat lumē:ſed a ſpirituſſancti gratia.
ALCVI. Johannes enī erat lucerna illuminat⁹ a
xpo luce:ardēs fide ꝛ dilectōe:lucēs verbo ꝛ actōe
qui ꝓmiſſus eſt vt iīmicos chriſto ɔfūderet:ſȝ illō:
Paraui lucernam chriſto meo:inimicos ei⁹ induā
confuſione. CHRY. Ad iohanneȝ igit̄ vos duco

nõ quaſi illius idigens teſtimonio:ſed vt vos ſalue
mini.i.habeo maius teſtimoniũ iohãne.⁊ hoc eſt
quod ſequit̃:Ego aũt habeo teſtimoniũ mai⁹ iohã
ne.hoc aũt ẽ quod eſt ab operib⁹.vñ ſequit̃: Opera
eni que dedit mihi pater vt perficiã ea:ipa opa que
ego fa. teſti.pe hi. de me q̃ miſit me pr̃. ALCV.
Quod eni cecos illumiat:aures aperit: ora mutorũ
reſoluit:demõia fugat:mortuos ſuſcitat: opa hec te
ſtimoniũ phibẽt de chriſto. HYLA.vij.de trinita.
Unigenit⁹ eni de⁹ nõ nominis teſtimonio tñ:ſed
eciã virtutis docet eſſe ſe filiũ.opa eniꝫ eius que fa
cit teſtanť eũ a patre miſſum. Itaq̃ꝫ filii obedientia
⁊ paterna auctoritas docenť ĩ miſſo. Sed q̃ opera
nõ ſufficiũt in credibilib⁹ ad teſtimoniũ ſequit̃: Et
qui miſit me pater:ipe teſtimoniũ phibet de me. Re
uolute euãgelica volumĩa ⁊ oẽ eorũ op⁹ recenſete:
nullũ aliud patris de filio teſtimoniũ extat in libriſ
q̃ꝫ q̃ hic ſit fili⁹ ſuus. Quod ĩferť hodie calumnie vt
adoptio nomĩs ſit:vt mẽdax de⁹ ſit:vt nomĩa iania
ſint. BEDA: Miſſio aũt ĩcarnatio ei⁹ debet itel
ligi. Deniq̃ꝫ oñdit q̃ de⁹ ĩcorpore⁹ ſit: ⁊ q̃ corporali
bus ⁊ viſibilib⁹ oculis videri nõ poſſit. vñ ſequitur:
Neq̃ꝫ vo. eius vn. au. neq̃ꝫ ſpeciẽ ei⁹ vidi. ALCV.
Poſſent eni iudei dicere: Nos ſoliti ſum⁹ vocẽ dñi
audire ĩ ſyna:⁊ eũ vidim⁹ ĩ ſpecie ignis. Si ergo de⁹
phibet teſtimoniũ de te: nos ĩtelligerem⁹ vocẽ dñi
Cõtra h̃ dicit: Ego habeo teſtimoniũ a patre q̃uis
nõ ĩtelligatis:q̃ vos nũq̃ꝫ audiſtis vocẽ ei⁹:neq̃ꝫ ſpe
ciẽ eius vidiſtis. CHRY. Quõ ergo moyſes dicit:
Si facta ẽ aliquãdo huiuſmõi res vt audiret popu
lus vocẽ dei loquẽtis de medio ignis: ſicut tu audi
ſti ⁊ vidiſti: vidiſſe etiã eũ dicunť Iſaias ⁊ alij plu
res. Quid ergo ẽ quod nũc ait chriſtus? In philoſo
phicũ eoſ ducit dogma: paulatim oñdens q̃m neq̃ꝫ
vox circa deũ ẽ:neq̃ꝫ ſpecies:ſed ſupior ⁊ figuris ẽ ⁊
loquelis talib⁹. Sicut eni dixit:neq̃ꝫ vocẽ eiuſ audi
ſtis. Propter h̃ nõ ĩdicat q̃ vocẽ emittat:ſed nõ au
dibilẽ ita dicẽs: Neq̃ꝫ ſpeciẽ ei⁹ vidiſtis: nõ h̃ dicit:
q̃ ſpeciẽ ſenſibilẽ habeat ⁊ viſibilẽ:ſed q̃m nihil hoꝝ
ẽ circa deũ. ALCV. Nõ eni carnalibus auribus:
ſed ſpiritali ĩtelligẽtia p̄ gratiã ſpũſſancti audiri po
teſt. Nõ ergo vocẽ ei⁹ ſpiritalẽ audierãt: q̃m eũ ama
re ⁊ p̄ceptis ei⁹ obedire nolebãt. neq̃ꝫ ſpeciẽ eius vi
derũt: q̃ nõ exteriorib⁹ oculis videri põt ſed fide et
dilectione. CHRY. Sed neq̃ꝫ poſſibile erat eis di
cere: q̃ p̄cepta ei⁹ ſuſcepiſſent ⁊ ſuarẽt: iõq̃ꝫ ſubiun
git: Et verbũ ei⁹ nõ habetis ĩ vobis manẽs.i.p̄cepta
dei legẽ ⁊ ,pphetas. ⁊ ſi eni ea de⁹ cõſtituit: ſed apud
vos nõ ſũt. ſi eni ſcripture vbiq̃ꝫ docent vt mihi cre
datis: vos aũt nõ creditis: mãifeſtũ ẽ q̃ ſmo ei⁹ de
ficit a vobis. Et ,pp̄ter h̃ ſubdit: Quia quẽ miſit ille
huic vos nõ creditis. ALCV. Uel aliter: Uerbuꝫ
quod in p̄ncipio erat nõ habẽt ĩ ſe manẽs: q̃ verbuꝫ
dei quod audiũt ⁊ memoria tenere ⁊ ope ĩplere cõ
tẽnunt. Dixerat igiť ſe habere teſtimoniũ a iohãne:
ab opibus a patre addit ⁊ teſtimoniũ a lege que da
ta ẽ p̄ moyſen dicẽs: Scrutamini ſcripturas ĩ q̃bus
putatis vitã eternã habere: ⁊ ille ſũt q̃ teſtimoniũ p̄
hibẽt de me. q.d. Uos q̃ ĩ ſcripturis putatis vitã et
nã habere: ⁊ me quaſi cõtrariũ moyſi repudiatis: te
ſtimonio ipſi⁹ moyſi me eẽ deũ ĩtelligere poteſtis: ſi
ipas ſcripturas diligẽter ĩ veſtigatis. Oĩſ eni ſcriptu
ra teſtimoniũ phibet de chriſto: ſiue p̄ figuras: ſiue p̄
,pphetas: ſiue p̄ angelorũ myſteria. Sed his iudei d̃
chriſto nõ crediderũt: ⁊ iõ vitã eternã habere ñ poſ
ſunt. vñ ſequit̃: Et non vultis ve. ad me vt vi. ha. q.d.
Scripture phibẽt teſtimoniũ. Et tñ p̄ tot teſtimõia
nõ vultis venire ad me.i. nõ vultis mihi credere ⁊ a
me querere verã ſalutẽ. CHRY. Uel aliter põt cõ
tinuari: Poſſent illi dicere: Qualiter ſi vocẽ ei⁹ nõ
audiuim⁹: de⁹ tibi teſtat⁹ ẽ: ⁊ iõ dicit: Scrutamini
ſcripturas: oñdens q̃ p̄ has teſtat⁹ ẽ de⁹ de eo. eteni
ĩ iordane teſtat⁹ ẽ ⁊ ĩ mõte: ſed vocẽ quidẽ factã in
mõte nõ audierũt: factã aũt ĩ iordane audierũt: ſed
nõ attenderũt. Propterea mittit eos ad ſcripturas:
oñdens q̃m ⁊ patris teſtimoniũ illic ẽ. Non aũt ad
lectionẽ ſimplicẽ ſcripturarũ: ſed ad ſcrutationẽ ex
quiſitã eos mittebat q̃ ea q̃ de eo dicebanť in ſcri
pturis: deſup obumbrabãť neq̃ꝫ ĩ ſupficie exp̄mebã
tur: ſed velut quidã theſaur⁹ recõdebanť. Nõ dicit
aũt q̃bus habetis vitã eternã: ſed in q̃bus eſtimatis
vos habere: oñdens q̃m nõ capiebãt magnũ fructũ
⁊ nobilẽ ex ſcripturis ſola lectiõe eſtimãtes ſe ſalua
ri cũ fide eẽnt p̄uati. Propter qd̃ ſubdit: Et nõ vul
tis ve. ad me. q̃ ei credere nolebãt. BEDA: Quod
aũt venire ,p credere ponať pſalmiſta oñdit dicens
Accedite ad eũ ⁊ illuminami. Subdit aũt: Ut vitaꝫ
habeatis. Si eni aĩa que peccat moriť: ⁊ ipi anima
⁊ mente mortui erant. Promittebat ergo illis vitaꝫ
anime vel felicitatis eterne.

¶ Claritatẽ ab hominibus nõ acci
pio: ſed cognoui uos: quia dilectio
nem dei nõ habetis in uobis. Ego
ueni in nomine patris mei: ⁊ nõ ac
cepiſtis me. Si ali⁹ uenerit in noie
ſuo: illuꝫ accipietis. Quõ uos pote
ſtis credere qui gloriã ab inuicẽ acci
pitis: ⁊ gloriã que a ſolo deo eſt nõ
queritis? Nolite putare q̃a ego ac
cuſaturus ſiꝫ uos apud patrẽ. Eſt
qui accuſat uos moyſes in quo uos
ſperatis. Si enim crederetis moyſi
crederetis forſitan ⁊ mihi. De me
eni ille ſcripſit: Si autẽ illi⁹ lr̃is nõ
creditis: quõ uerbis meis credetis?

CHRY. Quia dñs ſupra meminit ⁊ iohãnis ⁊ te
ſtimoniũ dei: ⁊ operũ ſuorum vt eos ad ſeipm̃ attra
heret: ,pbabile erat multos ſuſpicari q̃ hec diceret:
gloriã hominũ amãs. ⁊ iõ cõtra h̃ dicit: Claritatem
ab ho. nõ accipio. hoc ẽ nõ ĩdigeo. Nõ enim ẽ mea
natura talis: vt ĩdigeat q̃ ab homibus eſt gloria. Si
eĩ ſol a lucerne lumẽ nõ recipit adiectionẽ: multo
magis ego hũana gloria nõ ĩdigeo. ALCV. Uel
claritatẽ ab homĩbus nõ accipio.i. laudẽ humanã
nõ quero. nõ eni veni vt honorẽ ab homĩbus acci
perẽ carnalẽ: ſed honorẽ homib⁹ darẽ ſpiritualem.
Nõ ergo iõ hoc loquor: vt gloriã meã querã: ſ; con

doleo vobis errātibus: ⁊ volo vos reducere ad viaꝫ
veritatis. vñ dicit: Sed cognoui vos: qꝛ dilectioneꝫ
dei nō habetis in vobis. CHRY. q. d. Jō hoc dixi:
vt cōuincā vos: qm̄ ꝓpter amorē dei me nō ꝑſequi-
mini. Eteni ipe teſtat̄ mihi ⁊ ꝑ opera ⁊ ꝑ ſcripturas
Oportebat igit̄ vt ſicut ⁊ me abijciebatis eſtimātes
eſſe deo cōtrariū: ita nūc ad me venixetis: ſi deū ama
retis: ſed nō amatis. Nō aūt ab his ſolū: ſed etiā a fu
turis h̄ oñdit dicēs: Ego veni ī nomīe patris mei: ⁊
nō accipitis me. Si aliꝰ ve. ī no. ſuo: illū accipietis.
Jō dicit ſe in nomīe patris veniſſe: vt oēm abſcidat
occaſionē ideuotiōis. ALCV. Ac ſi dicat: iō veni
in mundū: vt ꝑ me glorificet̄ nomē patris: qꝛ patri
oīa attribuo. Dilectionē ergo dei nō habebāt: qꝛ no
lebāt eū recipe q̄ patriſ venerat facere volūtatē. An
tichriſtꝰ aūt veniet ī nomīe nō patris ſed ſuo: vt nō
gloriā patris: ſed ſuā querat. Quia eni iudei nolue-
rūt recipe chriſtū: pena peccati huiꝰ cōgruet: vt reci
piāt antichriſtū: vt q̄ nolūt credere veritati: credant
mēdacio. AVG. de verbis do. Sed audiamꝰ ⁊ io-
hannē: Audiſtis qꝛ antichriſtꝰ venit: ⁊ nūc antichri
ſti multi facti ſūt. Quid aūt expaueſcis ī antichriſto
niſi qꝛ nomē ſuū honoraturꝰ ē: ⁊ nomē dñi cōtem-
pturus? Quid aliud facit q̄ dicit: Ego iuſtifico: niſi
boni fuerimꝰ: ꝑiſtis: Ergo vita mea ex te pēdebit: et
ſalꝰ mea ex te religabit̄: ita ne obliṫꝰ ſim fundamen
tū meū: nōne petra erat chriſtꝰ? CHRY. Sic igit̄
irrefragabilē ideuotiōis eorū ponit demōſtrationē
q. d. Si vt amātes deū me ꝑſe querimini: multoma-
gis ī antichriſto h̄ vos facere oporteret. ille eni non
dicit ſe a patre miſſum: neqꝫ ſm̄ volūtatē illiꝰ veni-
re: ſed ecōtrario ea que ſibi nō cōgruūt rapiēs ſuper
oīa deū ſe eē dicet. Manifeſtū ē igit̄ ꝙ liuoris pſe-
cutio erat: qua chriſtū ꝑſequebant̄: ⁊ odij ī deū. De
inde cām eorū īfidelitatis ponit dicēs: Quō vos po
teſtis cre. q̄ gloriā ab inuicē acci. ⁊ glo. q̄ a ſolo deo
ē nō queritis? Hic eni rurſus oñdit: qm̄ nō que dei
ſūt intēdebāt: ſed ꝓpriā volebāt paſſionē defendere
ALCV. Magnū igit̄ vitiū ē iactātia: ⁊ humane
laudis ambitio: que de ſe vult eſtimari: qđ de ſe nō
habet. Jō eni nō poſſūt credere qꝛ ſupba mēs eorꝫ
laudari deſiderat: ⁊ ſe ſuper alios efferre. BEDA:
Hoc aūt vitiū meliꝰ caueri nō pōt: q̄ꝫ vt ad cōſcien
tias noſtras redeamꝰ: noſqꝫ puluerē cōſideremꝰ: ⁊ ſi
q̄d nobis boni ieſſe depꝑhēdimus: nō nobis ſed deo
aſcribamꝰ. Jnſtruimur etiā vt ſemꝑ nos tales exhi-
beamꝰ: q̄les ab alijs videri deſideramꝰ. Deniqꝫ poſ-
ſent ipi rñdere. Ergo accuſabis nos apud patrē. Et
iō eorū queſtionē ꝑueniēs ſubdit: Nolite putar̄ q̄a
ego accuſaturꝰ ſi͞ vos apud patrē. CHRY. Quia
ſ. nō veni dānare ſed ſaluare Eſt q̄ accu. vos Moy-
ſes ī quo ſperatis. Sicut eni de ſcripturis ſupra di-
xit: Jn q̄bus putatis vitā eternam habere? ita ⁊ de
moyſe ait: ī quo vos ſpatis: ex ꝓprijs eos vbiqꝫ capi
ens. Sed dicent: Qualiter nos ille accuſabit? quid
tibi ⁊ moyſi cōe: q̄ ſabbatū ſoluiſti? ⁊ iō ſubdit: Si ei
crede. moyſi: crederetis for. ⁊ mihi. De me eī ille ſcri-
pſit hec ex ſupiorib꞉ cōſtitutionē habē. cū eni in cō-
feſſiōe deductū ſit: ꝙ a deo veni: ab opibus: a voce
iohānis: a patris teſtimonio: māifeſtuꝫ ē ꝙ moyſes
eos accuſabit. Eteni dixit: Siq̄s venerit ſigna faciēſ
⁊ ad deū ducēs: ⁊ futura ꝓdicēs cū veritate: oporꝫ
ei obedire. Chriſtꝰ aūt hec oīa fecit nec crediderūt.
ALCV. Forſitan aūt more noſtro poſuit: nō q̄a
dubitatio ſit ī deo. Scripſit aūt de chriſto moyſes
dicēs: Prophetā vobis ſuſcitabit deꝰ de fratribꝰ ve
ſtris: tāq̄ꝫ meipm̄ audietis. AVG. cōtra Fauſtū:
Sed ⁊ oē qđ ſcripſit moyſes de chriſto eſt. i. ad chri
ſtū oīno ꝑtinet: ſiue ꝙ eū figuris rerū vel geſtarū vl̄
dictarū ꝓnunciet: ſiue ꝙ eius grām gloriāqꝫ cōmen
det. ſequit̄: Si aūt illiꝰ lr̄is non creditis: q̄uo verbis
meis cre. q. d. Jpſe etiā ſcripſit ⁊ apud vos libros re-
liq̄t vt ſi forte obliuiſcēmini: de facili recordari poſ-
ſitis. ⁊ cū ſcriptis nō credidiſtis: q̄uo verbis meis nō
ſcriptis credetis? ALCV. Ex h̄ etiā colligit̄: quia
q̄ legit ꝓcepta q̄ rapina ⁊ alia mala ꝓhibēt: ⁊ imple
re negligūt dicta euāgelij que ꝑfectiora ⁊ ſubtiliora
ſūt iplere nō valēt. CHRY. Et quidē ſi attēderent
his q̄ dicebant̄: oportebat q̄rere ⁊ ab eo diſcere que
ſūt illa q̄ moyſes de eo ſcripſit: ſed ſilēt. Tale eni eſt
neq̄cia: vt quicquid dicat aliquis vel faciat: maneat
propriū venenū cōſeruans. CAPI. VI.

Poſt hec abijt ieſus trās ma
re galilee: qđ ē tyberiadis.
Et ſequebat̄ eū multitudo
magna: qꝛ uidebāt ſigna q̄ faciebat
ſuꝑ his qui īfirmabāt̄. Subijt ergo
ī mōtē ieſuſ: ⁊ ibi ſedebat cū diſcipu
lis ſuis. Erat āt ꝓximū paſcha dies
feſtus iudeorum. Cum ſubleuaſſet
ergo oculos ieſus: ⁊ uidiſſet qꝛ mul
titudo maxīa uenit ad eū: dic̄ ad phi
lippū: Unde ememꝰ panes ut man
ducent hi? Hoc āt dicebat tentans
eū. Jpſe eni ſciebat q̄d eēt facturꝰ.
Reſpondit ei philippꝰ: Ducētorꝫ
denariorū panes nō ſuficiūt eis: ut
unuſq̄ſqꝫ modicū q̄d accipiat: Dic̄
ei unꝰ ex diſcipulis eiꝰ ādreas frater
ſimōis petri: Eſt puer unꝰ hic q̄ hꝫ
quiqꝫ panes ordeaceos et duos piſ
ces: Sꝫ hec q̄d ſunt: inter tantos?
Dic̄ ergo ieſꝰ Facite hoīeſ diſcūbere
Erat āt fenuꝫ multū ī loco. Diſcu
buerunt ergo uiri numero q̄ſi q̄nqꝫ
milia. Accepit ergo ieſꝰ panes: ⁊ cū
grās egiſſet: diſtribuit diſcūbētibꝰ.
Silr̄ ⁊ ex piſcibꝰ quātū uolebat. Ut
autē ipleti ſunt: dixit diſcipulis ſuiſ
Colligite que ſupauerūt fragmēta
ne pereāt. Collegerunt ergo: ⁊ iple

uerũt duodecim cophinos fragmẽ
torũ ex quinqꝫ panibuſ ordeaceis ⁊
duob⁹ piſcib⁹: que ſuꝑfuerũt his q
mãducauerãt. Illi ergo homĩes cũ
uidiſſẽt quod ieſus fecerat ſignũ: di
cebãt: Quia hic eſt uere propheta q
uentur⁹ eſt in mundum.

¶CHRY. Sicut iacula cũ ĩ durũ aliq̃d inciderint: cũ multo ĩpetu iaciunť: cũ aũt nõ habuerit aliquid obuiãs: diſſoluiť cito ĩmiſſio ⁊ q̃ſcit: ita ⁊ ñi cũ au/dacib⁹ hominibus ĩpetuoſe ĩceſſerimuſ ſeuiũt magis. Si aũt ceſſerim⁹ facile mollim⁹ eorũ inſaniã. Pro/pterea chriſt⁹ furorẽ ex ꝑmiſſis ſmonib⁹ natũ ſece/dẽdo mitigauit: ĩ galileã vadẽs: nõ tñ loca vñ in hie/ruſalẽ aſcẽderat nõ enĩ ĩ chana galilee: ſed vltra ma/re iuit. vñ ait: Poſt hec abijt trãſ mare galilee quod ẽ tyberiadis. ¶ALCV. Hoc mare ꝑ diuerſitate lo/corũ diuerſis nominibus vocať: ſed q̃ntũ ad ꝑſentẽ lo/cũ: mare galilee ꝓpter ꝓuinciã; tyberiadis aũt a ci/uitate diciť. Mare aũt diciť: nõ q: ſit amara aqua: ſed iuxtã hebraicũ modũ oĩm cõgregatiões aquarũ maria vocanť. Quod mare dñs etiã frequẽter tran/ſit vt populis ibi manẽtibus verbũ ꝑdicatiõis ĩpen/dat. ¶THEO. Trãſit enĩ de loco ad locũ ꝓbando populi voluntatẽ. ⁊ audiores homĩes vniuſcuiuſqꝫ ciuitatis: ⁊ ſolicitiores reddẽs. vñ ſeq̃ť: Et ſeque. eũ mul. ma. q: vide. ſig. que fa. ſuꝑ his q̃ ĩfirmabanť.

ALCV. Scilicet ꝙ cecos illumiabat: ⁊ alia huiuſ/moi. Et ſciẽdũ ẽ ꝙ quoſcũqꝫ ĩ corpore ſanabat: eos pariter reformabat ĩ aĩa. ¶CHRY. Tãta aũt doctri/na potiẽtes a ſignis magnis mouebãť: ꝙ groſſioris mẽtis erãt. Signa enĩ vt ait paul⁹ nõ ſũt data fide/lib⁹ ſed ĩfidelib⁹. Sapiẽtiores aũt erãt illi de q̃bus ĩ mattheo diciť: ꝙ ſtupebãt ĩ doctrĩa ei⁹. Sed quare nõ dicit que ſigna videbãt eũ faciẽtẽ: q̃ꝛ hic euãge/liſta maiorẽ ꝑtem libri ĩ ſmonib⁹ dñi cõſumere ſtu/duit. Seq̃ť: Subijt ĩ mõtẽ ieſus. ⁊ ibi ſede. cuꝫ diſci. ſuis. In mõtẽ quidẽ aſcẽdit ꝓpter ſignũ qḋ fieri de/bebat. Sed ꝙ diſcipulos ſecũ aſcẽdere fecit: accuſa/tio multitudĩs erat: nõ ſequẽtis eũ. Aſcẽdit etiam ĩ mõtẽ: erudiẽs nos a tumultib⁹ ⁊ ab ea que ĩ mũdo ẽ turbatiõe q̃ſcere. aptũ enĩ ad philoſophiã ſolitu/do ẽ. Seq̃ť: Erat aũt ꝓximũ pa. di. fe. iu. Uide qua/liter ĩ anno ĩtegro nihil plus euãgeliſta nos docuit de ſignis chriſti q̃ꝫ ꝙ paꝛlyticũ ſanauit ⁊ filiũ reguli nõ eĩ ſtuduit vniuerſa annũciare ſed ex multis ma/gna ⁊ pauca. Qualiter igiť nõ aſcẽdit ad diẽ feſtuꝫ: paulatiꝫ enĩ ſoluebat legẽ occaſionẽ capiẽs a iudai/ca neq̃cia. ¶THEO. Quia enĩ iudei eũ ꝑſequeban/tur: occaſionẽ receſſus accipiẽs legẽ excluſit: innueñ obſeruãtib⁹ ꝙ veritate adueniẽte: oĩs ceſſat figura. ⁊ ꝙ legib⁹ nõ ſubijciť: vt legalia feſta ꝑficeret: ⁊ vi/de hoc qḋ nõ erat feſtũ chriſti: ſꝫ iudeorũ. ¶BEDA: Siq̃s aũt verba euãgeliſtarũ diligẽter cõſideraue/rit facile cognoſcet: q: vni⁹ anni ſpaciũ fuit ĩter decol/lationẽ iohãnis ⁊ paſſionẽ dñi. Cũ enĩ matthe⁹ di/cat: q: dñs audita nece iohãnis ſeceſſit ĩ deſertũ lo/cũ ⁊ ibi turbas pauit: ⁊ iohãnes diť ꝙ ꝓximũ erat paſcha iudeorũ qñ turbas pauit: apte demõſtratur q: iminẽte paſcali feſtiuitate decollat⁹ ẽ iohãnes. Euoluto aũt vni⁹ ãni ſpacio paſſus ẽ chriſt⁹ ĩ eadẽ feſtiuitate. Sequiť: Cũ ſubleuaſſet ergo oculos ie/ſus ⁊ vidiſ. q: multi max. ve. ad eum dixit: ad phi. vñ eme. pa. vt mã. hi.: Dixit cũ ſubleuaſſet oculos ieſus ꝙ diſcerem⁹ q: oculos nõ erigebat huc atqꝫ illuc ſꝫ pudice ſedebat attẽtus cũ diſcipulis ſuis. ¶CHRY. Neqꝫ etiã ſimpliciter ſedebat cũ diſcipulis ſuis: ſed diligẽter loquẽs aliq̃d eis: ⁊ eos ad ſeipm cõuertẽs: deĩde reſpiciẽs vidit turbã ad ſe veniẽtẽ. Cui⁹ igiť grã philippũ ĩterrogat: ſciebat enĩ ꝙ diſcipulorum ei⁹ cõgregatio ampliori ĩdigebat doctrĩa. Talis aũt erat philipp⁹ q̃ poſtea dixit: Oñde nobis patrem ⁊ ſufficit nobis. ꝓpterea igiť ꝑus eũ erudiebat. Naꝫ ſi ſimpliciter factũ eẽt miraculũ nõ tantũ appareret: nũc aũt pri⁹ cogit cõfiteri ĩopiã: vt certi⁹ diſcat mi/raculi magnitudinẽ. vñ ſeq̃ť: Hoc aũt dice. ten. euꝫ. Nõ quidẽ ignorãs id quod debebat ab ipo dici: ſed hũane hoc dictũ ẽ. Sicut eĩ qḋ diciť: Qui ſcrutať corda hominũ: nõ oñdit ignorantie ſcrutationẽ ſed certiſſime cognitiõis: ita cũ hic dicit ꝙ tẽtauit euꝫ: nihil aliud dicit q̃ꝫ quoniã ſciebat certiſſime. Sed a/liud ẽ dicere q̃ꝛ ꝓbatiorẽ eũ faciebat: ꝑ talẽ ĩterro/gationẽ ĩducẽs ĩ certiſſimã ſigni cognitionẽ. ꝓpter h̃ ⁊ euãgeliſta ne ĩfirmitate locutiõis minorationẽ aliquã ſuſpiceris ſubiũgit: Ipſe enĩ ſciebat q̃d eẽt fa/ctur⁹. ¶AKCV. Interrogat igiť nõ vt ignorata di/ſcat: ſed vt diſcipulo adhuc rudi ꝓpriã tarditatẽ oñ/dat: quã ipe ĩ ſe ꝑpẽdere nõ valebat. ¶THEO. Uel etiã vt aliis ipm oñderet: nõ tãq̃ꝫ cor ei⁹ ignorãs.

AVG. de cõ. euã. Sed ſi dñs ſcḋm narrationem io/hãnis ꝑſpectis turbis q̃ſiuit a philippo tẽtans eum vñ illis eſce dari poſſẽt: põt mouere q̃uo ſit verũ: qḋ alij narrauerũt pri⁹ dixiſſe dño diſcipulos: vt dimit/teret turbas. Quib⁹ ille rñdit ſm mattheũ: Nõ hñt neceſſe ire: date eis vos mãducare. intelligiť igiť p⁹ hec verba dñm inſpexiſſe multitudinẽ ⁊ dixiſſe phi/lippo: qḋ iohãnes cõmemorat: alij aũt ꝑtermiſerũt. ¶CHRY. Uel aliť: Alia q̃deꝫ ſũt illa: alia ãt ſũt hec nõ eiſdẽ facta tẽporib⁹. ¶THEO. Philippũ igitur dñs tẽtans vtrũ fidẽ haberet ĩuenit eũ adhuc hũa/nis paſſionib⁹ ſubiacẽtẽ: qḋ patet ex h̃ qḋ ſeq̃ť: Rñ/dit ei philipp⁹: Ducẽtorũ denariorũ panes nõ ſuffi/ciunt eis: vt vnuſq̃ſqꝫ modicũ q̃d acci. ¶ALCV. In quo tarditatẽ ſuã oñdit: nã ſi ꝑfecte de creatore ĩtel/ligeret: de ei⁹ potẽtie largitate nõ diffideret. ¶AV/GV. de cõ. euã. Quod aũt philipp⁹ hic apud iohan/nẽ rñdet: hoc marc⁹ a diſcipulis rñſum eẽ cõmemo/rat. volẽs ĩtelligi hoc ex ore ceterorũ philippũ rñdiſ/ſe: quãq̃ꝫ ⁊ pluralẽ numerũ ꝑ ſingulari vſitatiſſime ponere potuerit. ¶THEO. Sed ⁊ andreã dñs ſimi/lẽ philippo ĩuenit: quis alti⁹ de illo contẽplãtẽ. Se/quiť enĩ: Dicit ei vn⁹ ex diſci. ei⁹ Andreas fra. ſimo. petri: Eſt puer vn⁹ hic q̃ habet q̃nqꝫ panes bordea. ⁊ duos piſces. ¶CHRY. Eſtimo quidẽ nõ ſine cã id eũ dicere: ſed q: audiuerat ſignũ qḋ heliſe⁹ de pani/bus hordeaceis fecerat: pauit eĩ de. xx. panib⁹ centũ homĩes. Aſcẽdit igiť mẽte ĩ aliquod excelſum: ſꝫ ad ſummũ nõ potuit ꝑuenire. qḋ patet ꝑ h̃ quod ſub/dit: Sed hec q̃d ſũt inter tãtos: Eſtimabat enĩ ꝙ de paucioꝛib⁹ pauciora: ⁊ de plurib⁹ plura factur⁹ eẽt q̃ miracula faciebat: ſed h̃ nõ erat verũ. Similiteꝛ eĩ

ei facile erat ⁊ de pluribꝰ ⁊ de pauciorib⁹ paſcere
turbas. nō eni materia ſubiecta īdigebat: ſed ne vi-
derent creature aliene eē ab eiꝰ ſapia ipſis creaturiſ
vtit ad materiā miraculoꝝ. THEO. Cōfundan-
tur manichei q̄ dicūt ꝙ panes ⁊ oīa huiuſmōi crea-
ta ſūt a malo deo: qꝛ boni dei filiꝰ ieſus chriſtus pa
nes multiplicauit. nā ſi creature male fuiſſent: neq̄-
q̄ꝫ bonꝰ mala multiplicaſſet. AVG. de cō. euan.
Quod aūt andreas apud iohānē de q̄nq̄ꝫ panibus
⁊ duobꝰ piſcibꝰ ſuggeſſit: hoc ceteri pluralē nume-
rū ꝑ ſingulari ponētes ex diſcipuloꝝ ꝑſona retule
rūt. CHRY. Diſcamꝰ aūt hic q̄ voluptati attendi-
mus: q̄ cōedebāt mirabileſ viri illi ⁊ magni: ⁊ q̄ꝫtita
tē eoꝝ q̄ īferebant ⁊ vtilitatē mēſe eoꝝ. Nōdū au
tem apparētibꝰ panibꝰ iuſſit eos diſcūbere: vt diſcaſ
q̄m nō entia vt entia ei ſubſiſtūt: ſicut paulꝰ ait: Qui
vocat ea q̄ nō ſunt: tāq̄ꝫ ea q̄ ſūt. Sequit enīꝫ: Dicit
eis ieſus: facite ho. diſcūbere. ALCV. Ad līam ho
mines diſcūbere dicimꝰ iacēdo comedere more an-
tiquo. vn̄ ſeq̄t: Erat aūt fenū multū ī loco. THE.
i. herba viridis. Erat eni paſcha qđ ī ꝑmo mēſe veris
ꝑficiebat. Seq̄t: Diſcu. ergo viri. nu. quaſi q̄nq̄ꝫ mi-
lia. Soli viri numerant ab euāgeliſta qꝛ legalē con
ſuetudinē ſequebat. Eteni moyſeſ a. xx. ānis ⁊ ſupra
populū cōnumerauit. nulla mētione de mulieribuſ
facta: inuēs ꝙ oē quod virile ē ⁊ iuuenile: dignū et
honorabile ē apud deū. Seq̄t: Accepit ergo ieſuſ pa
nē: ⁊ cū gr̄as egiſſet diſtri. diſcū. ſimiliter ex piſcibus
q̄ꝫtū volebat. CHRY. Sed quare palyticū debens
ſanare nō orat neq̄ꝫ ſuſcitās mortuos: neq̄ꝫ mare q̄
etans: hic aūt orat gr̄as agēs: vt. ſ. oñdat eos q̄ cōe-
ſtionē īcipiūt gr̄as agere oportere deo. Sed ⁊ aliter
ī minorib⁹ maxīe orat: vt diſcas ꝙ nō ꝓpter īdigen
tiā orat. Si eni īdigeret orare multomagis ī maiori
bus hoc feciſſet. Quia vero illa ex auctoritate facit:
manifeſtū ꝙ hic cōdeſcēdēdo nobis orat. ⁊ adhuc
q̄m turba multa erat pn̄s: oportebat eis ſuaderi ꝙ
ſm̄ volūtatē dei aduenerat: ⁊ iō cū occulte aliquod
miraculū faciebat nō orabat: ſed coram multis ora
bat. ne crederēt ꝙ eēt deo cōtrarius. HYLA. iii. ō
tri. Quinq̄ꝫ igit panes offerūt turbe ⁊ frāgunt: ſub-
repūt ī frangētiū manus quedā fragmētoꝝ ꝑcrea
tiōes. nō īminuit vn̄ ꝑfringit: ⁊ tn̄ ꝑfringētis manū
fragmēta occupāt: nō ſēſus: nō viſus: ꝑfectū tā con
ſpicabilis opatōnis aſſequit: et qđ nō erat videtur
quod nō ītelligit: ſolū ſupeſt vt deꝰ oīa poſſe creda
tur. AVG. Unde enim multiplicat de paucis gra
nis ſegetes: ide ī manibꝰ multiplicauit q̄nq̄ꝫ panes
poteſtas eni erat ī manibꝰ chriſti: panes autem illi
q̄nq̄ꝫ quaſi ſemia erāt: nō quidē terre mādata: ſꝫ ab
eo q̄ terrā fecit multiplicata. CHRY. Uide autēꝫ
q̄ꝫta ē ſui ⁊ dn̄i differētia. nā ꝓphete quaſi ex men-
ſura habētes gr̄am ita miracula faciebāt: chriſtus
aūt abſoluta virtute faciēs cū multa ſupabundātia
oīa opabatur. Sequit: Ut aūt iple. ſūt: dixit diſcipu
lis ſuis: Colli. que ſupa. frag. ne pereāt. Collegerunt
ergo ⁊c̄. Nō quidē hec oſtētatio ſupflua fuit: ſed ne
phantaſiā eſtimarēt qđ factū ē. ꝓpter quod etiā ex
ſubiecta materia miraculū fecit. Sed quare nō tur-
bis dedit fragmēta portāda: ſed diſcipulis: q̄m hos
maxīe erudire volebat: q̄ orbis terrarū debebāt eſſe
magiſtri. Ego aūt nō ſolū admiror multitudinē pa

num q̄ facta ē: ſed ⁊ certitudinē ſupfluoꝝ: qꝛ neq̄ꝫ
plus neq̄ꝫ minꝰ fecit ſupfluū eē: ſed tantū q̄ꝫtū vole
bat. ſ. xii. cophinos ſcđm numerū. xii. apoſtoloꝝ.
THEO. Addiſcimꝰ aūt ex miraculo ꝑpetrato non
fieri puſillanimes ī coartatōib⁹ paupertatis. BE.
Turbe aūt cū vidiſſent ſignū qđ fecit dn̄s mirabā
tur: qꝛ nōdū eū deū eē cognouerāt: idq̄ꝫ euāgeliſta
ſubdit: Illi ergo homies. qꝛ carnales erāt ⁊ carnalit
ītelligebāt: cū vidiſſent qđ fecerat ſignū dicebāt: qꝛ
hic ē vere ꝓpheta q̄ vēturus ē in mundū. ALCV.
Nondū pleni fide dn̄m vocāt ꝓphetā q̄ nōdū deū
dicere nouerāt: ſed iā multū ꝓfecerāt ex virtute mi
raculi q̄ eū ſecernētes ab aliis ꝓpheta vocabant: ſi-
cut ſciebāt in populo illo ꝓphetas aliq̄n miracula
feciſſe. nec fallunt ſi dicūt ꝓphetā: cū ipe dn̄s noue
rit ſe ꝓphetā dicēs: Nō capit ꝓphetā ꝑire extra hie
ruſalē. AVG. Sic aūt ꝓpheta ē chriſtꝰ ⁊ dn̄s pro
phetarū: ſicut angelꝰ ⁊ dn̄s angeloꝝ. ex eo ei ꝙ pre
ſens annūciauit angelꝰ erat: ex eo ꝙ futura ꝑdixit ꝓ
pheta erat: ex eo ꝙ verbū caro factū ē: ⁊ angeloꝝ ⁊
ꝓphetarū dn̄s erat. nullꝰ eni ꝓpheta ſine verbo dei
CHRY. Ex hoc aūt ꝙ dicūt: Qui vēturꝰ eſt in mū
dū: manifeſtū ē ꝙ ꝓphetā quendā ꝑncipalem expe
ctabāt. Et iō qđ dicit: Hic eſt vere ꝓpheta: in greco
cū adiectiōe articuli ponit ad oñdendū. ſ. eum eē di
ſcretū ab aliis ꝓphetis. AVG. Cōſiderandū autē
ꝙ dicit: qꝛ deꝰ nō ē talis ſubſtantia q̄ oculis videri
poſſit: ⁊ miracula eius q̄bus totū mūdum regit: vni
uerſamq̄ꝫ creaturā admiſtrat: aſſiduitate viluerunt:
ſuauit ſibi quedā que faceret oportuno tēpore: p̄ter
vſitatū curſum ordinēq̄ꝫ nature: nō vt maiora ſed ī
ſolita vidēdo ſtuperēt q̄bus quotidiana viluerunt.
Maiꝰ eni miraculū ē gubernatio totꝰ mūdi q̄ꝫ ſa-
turatio q̄nq̄ꝫ miliū hominū de q̄nq̄ꝫ panibꝰ: ⁊ tamē
hoc nemo mirat. Illud mirant homies: nō qꝛ ma-
ius: ſed qꝛ rarū ē. Nec tamē ſufficit hoc īueri ī mira
culis chriſti: qꝛ eni dn̄s ē ī mōte: verbū dei ē in alto.
ꝓinde nō quaſi humiliter iacet: nec trāſeunter pre-
tereundū ē. ALCV. Myſtice eni noīe maris tur
bidū ſeculū deſignat. Mox aūt vt chriſtꝰ mare mor
talitatis noſtre adiit naſcēdo: calcauit moriēdo: trā
ſiit reſurgēdo: ſecute ſūt eū credendo ⁊ imitādo tur
be credētiū ex vtroq̄ꝫ populo collectoꝝ. BEDA:
Tūc aūt dn̄s ſubiit ī montē q̄n celū aſcēdit: qđ deſi
gnat ꝑ montē. AVG. Quod eni turbis īferiorib⁹
relictis ad altiora cū diſcipulis aſcēdit: oñdit ꝙ ſim
plicib⁹ minora ꝑcepta ſūt cōmittēda: perfectiorib⁹
altiora. ꝙ imminente paſcha illos reficit: ſignificat
qꝛ quiſq̄ꝫ pane diuini verbi ⁊ corpore ⁊ ſanguie do
mini deſiderat refici: debet ſpirituale paſcha facere
i. de vitiis ad virtutes trāſire. Oculi vero dn̄i ſūt do-
na ſpiritualia: q̄ cū dn̄s electis ſuis miſericorditer cō
cedit: tūc ī eos oculos ſuos dirigit. i. reſpectū pieta-
tis īpendit. AVG. lib. lxxxiii. queſti. Quiq̄ꝫ aūt pa
nes hordeacei ſignificāt veterē legē: ſiue qꝛ nōdum
ſpiritalib⁹: ſꝫ adhuc carnalib⁹ data ē lex. i. q̄nq̄ꝫ cor-
poris ſenſib⁹ dedita. Nā ⁊ ipe turbe q̄nq̄ꝫ milia ho
minū fuerūt: ſiue qꝛ ꝑ moyſen lex ipa data ē. Moy
ſes eni q̄nq̄ꝫ libros ſcripſit. Et ꝙ hordeacei erant pa
nes. bn̄ ſignificauit vel ipam legē q̄ ita data erat: vt
in ea vitale aīe alimentū corporalib⁹ ſacramētis ob
tegeret. Ordei eni medulla tenaciſſima palea tegit:

vel ipm populũ nondũ expoliatũ carnali deſiderio
tãq̃ palea cordi eiꝰ iherebat. BEDA: Hordeũ eti-
am pabulũ ẽ iumẽtorũ ⁊ cibꝰ ſeruorũ: ⁊ lex vetꝰ da
ta ẽ ſuis ⁊ iumẽtis.i.carnalibꝰ. AVG.lib.lxxxiii.q̃
ſti.Duo aũt piſces q̃ ſaporẽ ſuauẽ pani dabãt: duaſ
illas pſonas vident̃ ſignificare: q̃bus populꝰ ille re
gebat̃: regiã.ſ.⁊ ſacerdotalẽ: q̃ tñ due pſone dñm no
ſtrũ pfigurabãt: ambas enĩ ille ſuſtinuit. ALCV.
Uel duo piſces dicta vel ſcripta pphetarum ⁊ pſal
miſtarũ ſignificãt. ⁊ cũ q̃narius ad q̃nq̃ ſenſus cor-
poris referat̃: mille ad pfectionẽ refert̃. Qui vo q̃n
q̃ ſenſus corporis pfecte regere ſtudẽt: viri dicitur
a virib' quos feminea mollicies nõ corrũpit: ſed ſo
brie ⁊ caſte viuũt: ⁊ celeſtis ſapiẽtie dulcedĩe meren
tur recreari. AVG.ſup io. Puer aũt qui iſta habe
bat forte populꝰ iſrael erat q̃ ſenſu puerili ea porta-
bat: nec mãducabat. Illa enĩ q̃ portabat clauſa one
rabãt: apta paſcebãt. BEDA: Pulchre aũt dicit:
Hec q̃d ſũt iter tãtos? q: lex verꝰ pax pficiebat: quo
uſq̃ eã ſuis manibꝰ ſuſcepit.i.ope ipleuit. ⁊ eãdem
ſpiritualiter itelligẽdã eẽ docuit: q: lex neminẽ du-
cebat ad pfectu. AVG.ſup iohã. Frãgẽdo aũt pa
nes multiplicati ſũt. Quinq̃ enĩ libri moyſi: mltos
libros cũ exponũt̃ tãq̃ frangẽdo.i.diſſerendo fece-
rũt. AVG.lib.lxxxiii.queſti. Dñs etiã tãq̃ frãgen-
do ⁊ aperiẽdo quod durũ erat ⁊ clauſũ i lege diſci
pulos ipleuit: cũ eis poſt reſurrectionem apuit ſcri
pturas. AVG.ſup io. Quia aũt ignorãtia populi
erat i lege: ppterea tẽtatio dñi ignorantiã diſcipuli
demõſtrabat. Sup fenũ aũt diſcũbebãt: q: carnali-
ter ſapiebãt: ⁊ i carnalibꝰ q̃eſcebãt: oĩs enĩ caro fe-
nũ. Illi aũt de panibꝰ dñi iplent̃: q̃ quod auribꝰ au
diũt opibus implẽt. AVG. Que ſũt aũt fragmẽta
niſi q̃ populꝰ nõ poterat mãducare? Quid g̃ reſtat
niſi vt ſecretiora itelligẽtie q̃ n̄ põt cape multitudo
illis credãt̃ q̃ idonei ſunt: ⁊ alios docere valẽt: ſicut
erãt apoſtoli. vñ ⁊.xii.cophini ipleti ſunt. ALCV.
Cophinis eĩ ſuilia iplent̃ officia. Cophini igit̃ ſũt
apoſtoli ⁊ eorũ imitatores: q̃ lʒ i pſenti ſint deſpica
biles: ſpiritaliũ ſacramẽtorũ diuitiis ſũt interiꝰ refer
ti. Dicunt̃ aũt apoſtoli fuiſſe cophini: q: p apoſto-
los fides ſancte trinitatis erat pdicãda i quatuor p
tibus mũdi. Quod aũt nouos panes noluit facere:
ſed allatos cumulauit: ſignificat: q: veterẽ ſcriptu-
rã nõ reprobauit: ſed aperiẽdo patefecit.

Ieſus ergo cũ cognouiſſet: quia
uẽturi eſſent ut raperẽt eũ ⁊ facerẽt
eũ regẽ: fugit iterũ i mõtẽ ipſe ſolꝰ.
Ut autẽ ſero factũ ẽ: deſcẽderũt di
ſcipuli eiꝰ ad mare. Et cũ aſcẽdiſſẽt
nauim uenerũt trãſ mare in caphar
naum. Et tenebre iã facte erãt. Et
nõ uenerat ad eos ieſus. Mare au
tẽ uẽto magno flãte exurgebat. Cũ
remigaſſent ergo quaſi ſtadia uigin
tiq̃ʒ aut triginta: uidẽt ieſum am
bulantẽ ſup mare: ⁊ pximũ naui fie
ri ⁊ timuerũt. Ille autem dicit eis:
Ego ſũ: nolite timere. Voluerunt
ergo accipere eũ in nauim: ⁊ ſtatim
nauis fuit ad terrã ad quã ibãt.

BEDA: Turbe viſo tãto miraculo: itellexerũt pi-
um atq̃ potẽtẽ: ⁊ iccirco voluerũt ipm facere regẽ.
homies nãq̃ volũt habere regẽ piũ ad regẽdũ: ⁊ po
tentẽ ad tuẽdũ. Dñs igit̃ h̄ cognoſcẽs fugit i mõtẽ:
i.aſcẽdit celeriter. vñ dicit̃: Ieſus ergo cũ cogno. q̃a
vẽ.eſſ.vt ra.eũ ⁊ fa.eũ regẽ: fugit iterũ i mõtẽ ipẽ ſo-
lus. Dat̃ ergo itelligi q̃ dñs cũ ſederet i mõte cũ di-
ſcipulis ſuis: ⁊ videret turbas ad ſe veniẽtes deſcen
derat de mõte: ⁊ circa iferiora loca turbas pauerat.
Nã q̃uo fieri põt vt rurſus ille fugeret: niſi ante de
mõte deſcẽderet? AVG.de cõcor.euã. Nõ aũt re
pugnat quod mattheꝰ dixit: Aſcẽdit i mõtẽ ſolꝰ ora
re. Neq̃ enĩ cauſe orãdi cõtraria ẽ cã fugiẽdi: quan
doquidẽ ⁊ hic dñs doceat hãc eẽ nobis magnã cãʒ
orãdi q̃ñ ẽ cã fugiẽdi. AVG. Erat aũt rex q̃ time-
bat fieri rex: nec talis rex q̃ ab homibꝰ fieret: ſed ta-
lis q̃ homibꝰ regnũ daret: ſemp q̃dẽ ille cũ patre re-
gnat ſcd'z q̃ ẽ filiꝰ dei. Predixerũt ãt pphete regnũ
eꝰ: ⁊ ſcdm id q̃ hõ factuſ chriſtꝰ: ⁊ fecit fideles ſuos
chriſtianos: q̃ ſũt regnũ eꝰ qd mõ colligit̃ mõ emit̃
ſanguie chriſti. Erit ãt aliq̃ñ maĩfeſtũ regnũ eiuſ: q̃ñ
erit apta claritas ſanctorũ eꝰ pꝰ iudiciũ ab eo factũ
Diſcipuli ãt ⁊ turbe credẽtes i eũ putauerũt illũ ſic
veniſſe vt iã regnaret: Hoc ẽ velle rape ⁊ facẽ eũ re-
gẽ. CHRY. Uide ãt q̃ta ẽ gule virtꝰ: nõ vltra eis
ſabbati trãſgreſſiõis cura: nõ vltra zelant p deo: ſed
oĩa remota ſũt vẽtre repleto: ⁊ ppheta iã erat apud
eos: ⁊ regẽ eũ ithronizare volebãt. Chriſtus ãt fugit
erudiẽs nos mũdanas ɔtẽnere dignitates. Sic igit̃
ieſus dimittit diſcipuloſ ⁊ aſcẽdit i mõtẽ. Hi vero a
magiſtro relicti: vt ſero factũ ẽ deſcẽderũt ad mare.
Et h̄ ẽ qd ſubdit̃: Ut ãt ſero fa.ẽ deſc.diſci.eꝰ ad ma
re. Et q̃dẽ vſq̃ ad veſperã expectauerũt eũ vẽturũ eẽ
putãtes ad ſe: facta vo veſpa n̄ vltra ſuſtinẽt eũ nõ i
q̃rere: tãtꝰ eos detinebat amor: ſʒ ab amore igniti a-
ſcẽderũt i nauẽ. vñ ſeq̃t̃: Et cũ aſcẽ.na. ve.trãs ma.i
caphar. Ueniebãt q̃dẽ ad capharnaũ eſtimãtes ſe il
lic eũ iuẽturos. AVG. Sic g̃ dixit finẽ ⁊ redit vt
exponat q̃uo venerũt: q: p ſtagnũ nauigãtes trãſie-
rũt: ⁊ dũ nauigarẽt recapitulãdo exponit q̃d accide
rit dicẽs: Et te.iã fa.erãt ⁊ n̄ ve. ad eos ie. CHRY.
Nõ ſine cã euãgeliſta tẽpꝰ deſignat: ſʒ vt p h̄ calidũ
eorꝰ amorẽ oñdat. Nõ eĩ dixerũt: Ueſpera nunc ẽ ⁊
nox aduẽit: ſʒ ab amore igniti aſcẽderũt i naui. mul
ta ãt erãt ex q̃bꝰ ipediebant̃ a tẽpore. vñ dr̃: Et tene.
iã fa.erãt a tẽpeſtate. vñ ſeq̃t̃: Mare au.vẽ.ma. flã.
exurge.a lo. Nõ eĩ erat ppe terrã. vñ dr̃: Cum remi
gaſſẽt ergo q̃ſi ſtadia.xxv.vel.xxx. BEDA: Eo ge-
nere locutiõis: quo cũ dubitãdo loq̃mur ſolemꝰ di
cẽ ferme.xxv.aut ppe.xxx. CHRY. Et vltio ab ino
pinabili. vñ ſeq̃t̃: Uidẽt ieſũ am. ſupra ma. ⁊ pri.fie
ri. Apparet q̃dẽ eis poſtq̃ʒ illos dimiſerat: illo q̃dem
docẽs eos q̃d ẽ derelictio: ⁊ amorẽ excitãs maiorẽ:
hic vero ſuã vtutẽ oñdẽs: pp h̄ igit̃ illi turbabãt̃. vñ
ſeq̃t̃: Et timuerũt. q̃bus turbatis dñs cõfortationeʒ
adhibet. vñ ſeq̃t̃: Ille ãt dicit eis: Ego ſũ. nolite time

re. BEDA: Nō āt dixit: Ego ſū ieſus: ſ; tñ: Ego ſū q꞉ familiares eiꝰ erāt: ideoq; audita voce facile potuerūt cognoſcere magiſtrū: ſiue qḋ veriꝰ ē: vt oñderet ſe illū eē q̄ moyſi dixit: Ego ſū q̄ ſū. CHRY. Jō autē eis apparuit: vt oñdat qm̄ ipe ē q̄ tēpeſtatē ſoluet. Hoc eī oñdit euãgeliſta ſubdēs: Uoluerūt ergo accipe eū i naui: ⁊ ſtatī fuit nauiſ ad terrã: ad quã ibãt. Trãquillã enī pbuit eis nauigationē. Non aūt nauim aſcēdit: volēs maiꝰ miraculū opari: ⁊ deitatem eiꝰ reuelare aptiꝰ. THEO. Uide nãq; tria miracula. pmū ē ꝙ ambulabat ſupra mare. ſecūdū eſt ꝙ fluctꝰ mitigat. tertiū ē ꝙ ſtatī fecit nauim ad terrã ire: ad quã ibãt. nã multū diſtabãt a terra: cū eis dñs apparuit. CHRY. Turbe āt non oñdit ſe ieſus ſupra mare ãbulãtē: q꞉ h̄ ſignū ibecillitatē eoꝝ excedebat. ſed neq; diſcipulis diu viſus ē h̄ faciēs: ſed ſtatī diſparuit ab eis. AVG. de cō. euã. Nō ē āt aduerſuʒ ꝙ mattheꝰ priꝰ eū dixiſſe diſcipulos aſcēdere i nauiculã ⁊ pcedere eū trãſfretū: donec dimittēt turbas: ac deīde dimiſſis turbis aſcēdiſſe i mōtē ſolꝰ orare: Johãnes vero priꝰ eū fugiſſe cõmemorat ſolū i mōtē: ac deīde iquit. Ut au. ſe. fa. ē: deſcēderūt diſci. eiꝰ ad mare. ⁊ cū aſcē. naui. Quis eī h̄ videat recapitulãdo iohãnē poſtea dixiſſe factū a diſcipulis qḋ iaʒ ieſus iuſſerat añq; fugiſſet i mōtē. CHRY. Uel aliter: Mihi videꞇ hoc ſignū aliud ab eo qḋ apḋ mattheū poſitū ē. tūc enī nō ſtatī eū ſuſceperūt: nūc aūt pſuaſi ſūt ſtatim ſuſcipe. ⁊ tunc q̄dē adhuc tēpeſtas pmanebat cõcutiēs nauī: nūc āt cū voce trãq̄llitas aduenit. multociēs eī eadē faciēs ſigna vt facile ſuſceptibilia fiãt. AVG. Myſtice āt pauit dñs turbas ⁊ aſcēdit ī mōtē. ſic eī de illo pdictū ē: Cõgregatio populoꝝ circūdabit te: ⁊ pp hāc i altū egredere .i. vt circūdet te ɔgregatio populoꝝ regredere in altū. Quare āt dictum ē Fugit: neq; enī ſi nollet teneretꝰ. Aliq̄d ergo ſignificauit fugiēdo: q꞉. ſ. nō potuit itelligi altitudo eiꝰ. q̄cq̄d eī non itellexeris: fugit me dicis. ergo fugit ī mōtē ipe ſolꝰ: q꞉ aſcēdit ſup omēs celos. Jllo aūt ſurſum poſito: diſcipuli ī nauicula tēpeſtatē patiebanꞇ: nauicula illa eccleſiã pſignabat. Tenebre iã facte erãt: ⁊ merito: q꞉ lux nō erat: nō eī venerat ad illos ieſus. Quãtū accedit finis mūdi: creſcūt errores: creſcit iniq̄tas. Lux deniq; charitas eſt ſ; illud: Qui odit fratrē ſuū: i tenebris ē. Jpſi fluctꝰ nauē turbãtes: ⁊ tēpeſtates ⁊ vēti: clamores ſūt maledictoꝝ. ide charitas refrigeſcit: ide fluctꝰ augenꞇ: ⁊ turbaꞇ nauis. nec tñ vēti illi ⁊ tēpeſtas ⁊ fluctꝰ ⁊ tenebre id agebãt: vt vel nauis nō pmoueretꞇ: vel ſoluta mergeretꞇ. Qui enī pſeuerauerit vſq; ī finē: hic saluꝰ erit. Quinariꝰ aūt numerꝰ ad legē ptinet: ipſi ſūt q̄nq; libri moyſi. ergo legē ſignat numerꝰ viceſimus q̄ntꝰ: qm̄ q̄nquies q̄nī ſūt vigitiq̄nq;. Sʒ huic legi añq; euãgeliū veniret deerat pfectio: q̄ ī ſenario numero cõprehēdiꞇ. Jpſa ergo q̄nq; p ſex multiplicenꞇ: vt lex p euãgeliū ipleaꞇ: vt fiãt ſeries q̄ni. xxx. Ad eos ergo q̄ legē iplēt venit ieſus calcãs fluctꝰ. i. oēs timores mūdi ſub pedibꝰ habēs: oēs altitudīes ſeculi pmēs: ⁊ tñ tãte ſūt tribulatiōes: vt ēt ipi q̄ credūt i ieſum expaueſcãt ne deficiãt. THEO. Cum aūt hoīes vel demōes nos p timorē nitunꞇ mouere: audiamꝰ chriſtū dicentē: Ego ſū. nolite timere. i. ego ſemp aſſiſto. ⁊ ſicut deꝰ pmaneo: ⁊ nūq; ꝑtranſeo: nō pdatis i me fidē p falſis terroribꝰ. Uide etiã q̄uo nō ī pncipio piculi dñs aſtitit: ſ; ī fine. Permittit nãq; nos eē ī medio piculoꝝ: vt certãtes ī tribulatiōibꝰ pbabiliores fiamꝰ: ⁊ vt ad ipm ſolū recurramꝰ: q̄ potēs ē ex iſpatis nos liberare. Cū enī intellectꝰ hūanus ſibi puidere nō poterit: tūc ſalꝰ diuīa aduenit. Si voluerimꝰ etiã chriſtum ī nauiculã noſtrã ſuſcipe. i. ī cordibꝰ noſtris habitare: ſtatim inueniemur ī terra ad quã ire volumꝰ. i. ī celū. BEDA: Quia vero hec nauicula nō torpētes vehit: ſed fortiter remigãtes: ſignificaꞇ ꝙ ī eccleſia non ſeditioſi ⁊ molles: ſed fortes ⁊ ī bonis opibus pſeuerãtes puenīūt ad portū ſalutis eterne.

Altera die turba q̄ ſtabat trans mare uidit: q꞉ nauicula alia nō erat ibi niſi una: ⁊ q꞉ nō itroiſſet cū diſcipulis ſuis ieſus i nauim: ſ; ſoli diſcipuli eiꝰ abiſſent. Alie uero ſupuenerūt naueſ a tyberiade iuxta locū ubi mãducauerant panē gr̄as agentes deo. Cū ergo uidiſſet turba: quia ieſus nō eſſet ibi neq; diſcipuli eius aſcēderūt i nauiculas: ⁊ uenerunt capharnaū querētes ieſum. Et cū iueniſſēt eū trãs mare: dixerūt ei: Rabbi qñ huc ueniſti? Rñdit eis ieſus: ⁊ dixit: Amē amen dico uobis: queritis me nō q꞉ uidiſtis ſigna: ſed quia mãducaſtis ex panibus: ⁊ ſaturati eſtis. Opamini nō cibū q perit: ſ; q pmanet in uitã eternã quē filiꝰ hois dabit uob. Hūc. n. pr̄ ſignauit deꝰ

CHRY. Dñs ⁊ſi turbis nō manifeſte oñderit q̄uo ſupra mare ambulauerit: dedit tñ eis latēter ſuſpicari qḋ factū erat. ⁊ h̄ euãgeliſta oñdit dicens: Altera die tur. q̄ ſta. trãs mare vi. q꞉ naui. alia nō erat ibi niſi vna. Et q꞉ nō itroiſſet cū diſcipulis ſuis ieſus ī nauem: ſed ſoli diſcipuli eiꝰ abiſſent. Quid eī h̄ erat aliud q̄ʒ ſuſpicari ꝙ mare pedes trãſiens receſſerat? Neq; eī ē dicē ꝙ ī alia nauicula ptrãſiuit: quia vna erat ibi tñ ī quã aſcēderūt diſcipuli eiꝰ: cū q̄bus ipe nō itrauerat. AVG. Jnſinuatū aūt eſt illis tã magnū miraculū. venerūt ergo ⁊ alie naues iuxta locū illū vbi mãducauerãt panē: ī q̄bus turbe eū ſecute ſūt. ⁊ h̄ eſt qḋ ſubdiꞇ: Alie ve. na. ſupue. a tybe. iuxta lo. vbi mã. pa. gra. agē. deo. Cū ḡ vidiſ. turba q꞉ ieſus ñ eēt ibi neq; diſcipuli eiꝰ aſcē. ī na. ⁊ ve. caphar. q̄rentes eū. CHRY. Sed tñ pꝰ miraculū tã magnuʒ veniētes: nō iterrogauerūt eū qualiter ptrãſijt: neq; curauerūt tantū miraculū addiſcē. Seq̄ꞇ enī: Et cū īueniſſent eū trãs mare: dixerūt ei: Rabbi qñ huc veni. Niſi q̄s dicat hic qñ p qualiter dictū eſſe ab eis: dignū aūt ē ⁊ hic cõſpicere facilē eoꝝ mentē. Qui enī dicebãt: Hic ē ppheta: q̄ ſtudebãt rape ⁊ facere

eū regē:īueniētes eū nihil tale ꝯſiliant. AVG.Ec
ce enī ille q̄ ī mōtē fugerat turbat:cū ipſis turbis lo/
quit:nō teneāt:nō regē faciāt. Sed ille q̄ pꝰ mira/
culi ſacramētū ⁊ ſmonē īfert:⁊ quoꝝ ſatiauit pani
bus vētrē:ſatiat ſmonibꝰ mētē. ALCV.Qui eniꝫ
dedit exēplū fugiēde laudis ⁊ terreni īperij:dat exē/
plū doctoribꝰ qualiter debeāt īſiſtere p̄dicationi.
CHRY.Māſuetudo aūt ⁊ lenitas nō vbiq; ē vtiliſ
cū enī deſes fuerit diſcipulus ⁊ groſſus:ſtimulo vti
ad eū oportet:hoc ⁊ hic filiꝰ dei facit. Ueniētibꝰ.n.
turbis ⁊ blādiētibꝰ ei dicēdo:Rabbi qñ huc veniſti
vt oſtēdat q̄ eū q̄ ab hominibus ē:honorē nō concupi
ſcit:ſed ſolū īſpicit eoꝝ ſalutē:redarguēdo eis reſpō
dit:nō ſolū corrigere volēs:ſed ⁊ mētē eoꝝ reuela/
re.vñ ſeq̄t:Rñdit eis ieſus ⁊ dixit : Amē amē di.vo.
queritis me nō q: vidiſtis ſigna:ſed q: mādu.ex pa/
nibꝰ ⁊ ſaturati eſtis. AVG.q.d. Propter carnem
me q̄ritis nō ꝑpter ſpiritū. CHRY. Poſt rep̄henſi
onē aūt doctrinā eiꝰ adiūgit dicēs:Operamini.nō ci.
q̄ pe.ſed q̄ ꝑma.ī vi.eter.q.d. Uos eſcā exq̄ritis tēpo
ralē:ego aūt corpa veſtra nutriui : vt ꝑ h̄ exq̄reretis
illā eſcā:que nō tēporaneā ſed eternā tribuit vitā.
ALCV.Corporeꝰ cibus carnē tm̄ reficit exterioris
hominis:⁊ ſemel acceptꝰ nō ſufficit:niſi quottidie ac
cipiat.ſpiritalis aūt cibꝰ ꝑmanet in eternū ⁊ ſatieta
tē ꝑpetuā īmortalitatēq; largit. AVG.Seipm āt
īſinuat iſtū cibū:vt in ſequētibꝰ illuceſcit:ac ſi dicat
Queritis me ꝑꝑ aliud:querite me ꝑꝑ me. CHRY.
